Data est nobis in adiutorium fiat nobis in ruinam et in scandalum. Grauis satis et grande periculum est aduersus domesticum hostem pugnare. Et maxime cum nos aduene simus ille ciuis et ille quasi inhabitator regionis et nos exules sumus et peregrini. Magnum discrimen aduersus [illegible] astuciam tam crebros immo continuos sustinere conflictus quo-tam assiduum stare contra subtilitas qua longa exercitatio machinatur hominem.

Eripe me de inimicis meis deus meus et ab hiis qui insurgunt in me, mecum conspirati sunt super me. Ecce iam [illegible] ad hanc diem contra me vixi iam iam reparare tuam vitam incipiam. Si vivere domine ut cum corpore a vinculis cepit exorari in sepulchro amaro fetido lateret in tenebris [illegible] desiderandus est qua est iterum illud festinare domine ubi [illegible] et ubi mori incipit timeo [illegible] amarum istam labilem et caducam vitam vobis in tanto labore viuimus ubi comedendo dormiendo vix necessitatibus carnis satisfacimus multo magis amare debemus eternam vitam ubi nullum laborem sustinebimus ubi summa felicitas summa libertas et summa beatitudo ubi simul erunt homines angelis dei sublimati iusti sicut sol in domo patris sui. Quale putas tunc erit splendor animarum quando solis splendorem habebit lux corporum. Nulla enim ibi tristicia nullus dolor nullus timor nullus ibi labor nulla mors sed perpetua sanitas perseuerat. Non surgit malitia nec tercium inscia nulla ibi [illegible] nulla necessitas non est ibi fames non sitis non frigus non estus non lassitudo ieiunii neque ulla temptatio inimici neque peccandi voluptas neque delinquendi facultas sed tota leticia tota exultatione possidebunt homines cum angelis sociati sine ulla carnis infirmitate in perpetuum manebunt. Ibi est iocunditas infinita beatitudo sempiterna in qua quem susceperit semel semper tenet. Ibi est requies a laboribus pax ab hostibus amenitas de nouitate sua tota atque dulcedo de dei visione. Nullus est ibi peregrinus sed quicumque illuc venire merebuntur secure in ipsa patria manebunt semper leti et saciati de dei visione. Et quanto plus quis ante deum diligens fuit tanto ampliorem mercedem habebit. Quanto quis deum amplius amabit tanto propius eum videbit [illegible] vit dies hominis sicut umbra super terram et nulla est mora et tunc ipse [illegible] cum ergo thesaurizat in terra hic sine dilectione tristatur et illud quod colligit et ipse qui colligit. Et tu [illegible] quem fructum reportas in mundo cum fructu ruina cum finis mortis veniat [illegible] et post nouissima [illegible] quidam qui per annos plurimos tecum familiariter vixit ad mensam tuam sedit cibum de manu tua suscepit et in sinu tuo dormiuit cum [illegible] colloquium [illegible] hic inre hereditatis [illegible] adolescentie delicate cum [illegible] et [illegible] super caput tuum et demum in seruitute te [illegible] redigit et tunc [illegible]. Sed fortasse dicis quis est iste. Certe vetus homo tuus qui [illegible] tuum [illegible] depredationem que scilicet carnis sue semper habite a natiuitate tua [illegible] et [illegible] a [illegible] Rebellis [illegible] et [illegible] et [illegible] innocentie et [illegible] ambulat in magnis et in mirabilibus super se. Arrogantia [illegible] fortitudo eius [illegible] Dicit in insipiencia sua non est deus [illegible] bonis et pascit malis non fa-

cit in illis [illegible] usque ad finem disperdit et dissipat [illegible] sicut [illegible] cupit et rapit aliena sicut auarus [illegible] et [illegible] simulatus et [illegible] Ideo [illegible] in [illegible] et [illegible] Amicus [illegible] mei [illegible] in [illegible] capit [illegible] talis [illegible] misericordia dei et [illegible] testamentum [illegible] disciplina [illegible] sum [illegible] sum. Cum videret furem et cum eo et cum adulteris portionem suam ponit aduersus filium matris sue ponit scandalum super te et [illegible] in die nec [illegible] a te hereditate tuam tolle et de super terram aufferre et [illegible] tanta iniuria [illegible] vindictas sed dissimulas neque ei dicis [illegible] loqui neque [illegible] sed blandimenta [illegible] et [illegible] que [illegible] simplicitatis [illegible] mors iam te in [illegible] quam [illegible] ipsi sub pedibus eius [illegible] o miser et instabilis homo quis te liberabit de vinculo [illegible] et cadat [illegible] Cadat et [illegible] homo ille [illegible] dei [illegible] Noli ergo dissimulare noli desistare noli [illegible] sed [illegible] ardent instant [illegible] in quo est salus et vita ad quem [illegible] corde clamante [illegible] audiat hodie mecum eris in paradiso. O [illegible] pietas inopinata [illegible] sed gratuita est et [illegible] dei dilectio tam inopinata dilectio tam inopinata [illegible] stupenda dulcedo [illegible] ut qui [illegible] gaudiat illud quam [illegible] dei quam ineffabilis [illegible] heri erat in tenebris hodie in splendore lucis heri in ore leonis hodie in manu mediatoris heri in porta inferni hodie in deliciis paradisi. Et quid [illegible] amore [illegible] mortis [illegible] et [illegible] Ita ergo [illegible] dilectionis ut [illegible] et [illegible] et [illegible] hominem et [illegible] labor [illegible] in [illegible] in gaudium et [illegible] tenebras [illegible] surgent [illegible] solem iusticie in quo sponsus [illegible] et [illegible] deum [illegible] et [illegible] secula.

O beatissime [illegible] respice [illegible] debite [illegible] sanguinem [illegible] flagellorum [illegible] patibuli [illegible] latus [illegible] pedes [illegible] titulum [illegible] et [illegible] homo [illegible] cor lapideum et mente obstinatam [illegible] non [illegible] in lacrimas saltem [illegible] et vite redieris [illegible] non [illegible] non [illegible] sed [illegible] necessitate hoc

omnia sustinuit. Hec meditare, in hiis esto, et pro minimo reputabis quicquid in presenti vita sustinere poteris. Amen. Secunda consideratio fiet mei ab ineunte etate et mea conversione pro certo multo tempore que in [illegible] fastidio sine colligere et mox verba mea collocutus animi collectum ex omnibus anxietatibus et angustiis domini nostri Ihesu Christi. Primum sustinuit [illegible] labores quos sustulit in predicando, fatigationum in discurrendo, vigilarum in orando, temptationum in ieiunando, lacrimarum in compatiendo, insidiarum in colloquendo, periculorum in falsis fratribus, conviciorum, sputorum, colaphorum, subsannationum, exprobrationum, clavorum, lancee et similium. Et ex hiis provenit utilitas [illegible] quod ita [illegible] fiebam ac si numquam peccassem, quod [illegible] in thesauro virtutum [illegible] fuissem in virtutibus. Tercio quod [illegible] et sibimet ipsum [illegible] a domino accepi in omni tempore estimarem me sui dilectionem adepturum, si mortuus [illegible] fuissem. Quarto quod hec cogitationes non sinebant me frangi in adversitatibus et erumpnis. Quinto quod per eas [illegible] possidere in [illegible] Sexto quod reformant pacem inter me et creatorem meum quociens ipsum irritavi. Septimo quod me perfecte et sollicite fecerunt ad cognoscendum dei voluntatem, et hec meditationes ita assidue occupaverunt cor meum quod numquam alia cogitatio in mente mea manserat, optime potuit. Unde et vos dilectissimi fratres testes estis quod talibus materiis assidue loquebar. Ideo et vos fratres habete [illegible] fasciculum potius quam videtis angustias domini [illegible] portabitis vos amplectamini.

Epistola beati Iheronimi ad Nepotianum de vita et honestate clericorum

Petis a me, Nepotiane carissime, litteris transmarinis et crebro petis ut tibi brevi volumine digeram precepta vivendi, et qua racione is qui seculi militia derelicta vel monachus ceperit esse vel clericus rectum Christi tramitem teneat, ne ad diversa viciorum diverticula rapiatur. Dum essem adolescens, immo pene puer, et primos impetus lascivientis etatis heremi duricia refrenarem, scripsi ad avunculum tuum Heliodorum exhortatoriam epistolam plenam lacrimis querimoniisque, et que [illegible] et talentibus adhuc rethorum studiis atque doctrinis quedam scolastico flore depinxi. Nunc iam cano capite et arata rugis fronte et ad instar boum pallearibus circa guttur dependentibus frigidus obsistit circa precordia sanguis. Unde et in alio loco idem poeta cantat: Omnia fert etas, animum quoque; et post modicum: Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoque Moerim iam fugit ipsa. Et ne de gentilium tantum litteris proferre videamur, David annos natus lxx bellicosus quondam vir, frigescente senectute non poterat calefieri. Queritur itaque puella de universis finibus Israhel, Abisag Sunamitis, que cum rege dormiret et senile corpus calefaceret. Nonne tibi videtur, si occidentem sequaris litteram, vel figmentum esse de mimo vel Atellanarum ludicra? Frigidus obvolvitur vestimentis et nisi complexu adolescentule non tepescit. Vivit adhuc Bersabee, superat Abigail et reliquae uxores et concubine quas scriptura commemorat: omnes quasi frigide repudiantur et unius tantum grandeve calescit amplexu. Abraham multo David senior fuit et tamen vivente Sara aliam non quesivit uxorem. Ysaac David duplices annos habuit et cum Rebecca iam vetula numquam refrixit. Taceo de prioribus ante diluvium viris qui post annos nongentos non dico senilibus sed pene iam cariosis artubus nequaquam puellares quesivere complexus. Certe Moyses dux israhelitici populi cxx annos habuit et Sephoram non mutavit. Que est ergo ista Sunamitis uxor et virgo tam fervens ut frigidum calefaceret, tam sancta ut calentem ad libidinem non provocaret? Exponat sapientissimus Salomon patris sui delicias et pacificus bellatoris viri narret amplexus: Posside sapienciam, posside intelligenciam; ne obliviscaris et ne declinaveris a verbis oris mei. Ne derelinquas eam et apprehendet te; ama illam et servabit te. Principium sapiencie posside sapienciam, et in omni possessione tua posside intelligenciam. Circumda illam et exaltabit te; honora illam et amplexabitur te, ut det capiti tuo coronam graciarum, corona quoque deliciarum protegat te. Omnes pene virtutes corporis mutantur in senibus et crescente sapiencia sola decrescunt cetera: ieiunia, chameunia, vigilie sine illud quod dicitur peregrinorum susceptio, defensio pauperum, instancia orationum, perseverancia, visitatio languencium, labor manuum unde prebeantur elemosine, et ne sermonem longius traham, cuncta que per corpus exercentur fracto corpore minora fiunt. Nec hoc dico quod in iuvenibus et adhuc solidioris etatis hiis qui labore et ardentissimo studio vite quoque sanctimonia et oratione ad dominum Ihesum frequenti scienciam consecuti sunt frigescat sapiencia, que in plerisque senibus etate marcescit; sed quod adolescencia multa corporis sustinet bella et inter incentiva viciorum et carnis titillaciones quasi ignis in lignis viridibus suffocatur et suum non potest explicare fulgorem. Senectus vero eorum qui adolescenciam suam honestis artibus instruxerunt et in lege domini meditati sunt die ac nocte, fit doctior, usu tricior, processu temporis sapiencior, et veterum studiorum dulcissimos fructus metit. Unde et sapiens ille Grecie Themistocles, cum expletis c et vii annis se mori cerneret, dixisse fertur se dolere quod tunc egrederetur e vita quando sapere cepisset. Plato octuaginta annis scribens mortuus est, et Socrates xcix annis in docendi scribendique dolore labore complevit. Taceo ceteros philosophos, Pitagoram, Democritum, Xenocratem, Zenonem et Cleantem, qui iam etate longeva in sapiencie studiis floruerunt. Ad poetas venio: Homerum, Hesiodum, Simonidem, Stesicorum, qui grandes natu cigneum nescio quid et solito dulcius vicina morte cecinerunt. Sophocles cum propter nimiam senectutem et rei familiaris negligenciam a filiis accusaretur amencie, Edippi fabulam quam nuper scripserat recitavit iudicibus, et tantum sapiencie in etate iam fracta specimen dedit ut severitatem tribunalium in favorem theatri converteret.

tamen est Katho censorius et Romani generis disertissimus ille senex grecas litteras nec erubuit nec desperauit. Certe Homerus refert quod de lingua Nestoris iam vetuli et pene decrepiti dulcior melle oratio fluxerit. Sed et ipsius nominis Abisaac sacramentum sapientiam senum indicat ampliorem. Interpretatur enim pater meus superfluus vel patris mei rugitus. Verum superfluum ambiguum est et in presenti loco virtutem sonat quod amplior sit in senibus ac redundans et larga sapientia. In alio autem loco superfluus quasi non necessarius ponitur. Abisaac autem id est rugitus proprie appellatur quando maris fluctus resonat et ut ita dicam de pelago veniens fremitus auditur. Ex quo ostenditur habundantissimum et ultra humanam vocem in senibus diuini sermonis tonitruum commorari. Porro Sunamitis in lingua nostra coccinea dicitur ut significet sapientiam calere et diuina lectione feruere. Quod licet domini sanguinis indicet sacramentum tamen et feruorem ostendit sapientie. Unde et obstetrix in Genesi coccinum ligat in manu Phares qui ab eo quod parietem diuiserat duos populos separantem, diuisor id est Phares sortitus est nomen. Et Raab meretrix in typo ecclesie resticulam misterium sanguinis continentem ut Iericho pereunte domus eius saluaretur appendit. Unde et in alio loco de viris sanctis scriptura commemorat: Hii sunt qui venerunt de calore domus Rechab. Et dominus in euangelio: Ignem inquit veni mittere in terram et quam volo ut ardeat. Qui in cordibus discipulorum accensus cogebat eos dicere: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via et aperiret nobis scripturas. Quorsum hec tam longe repetita principio? Ne a me queras pueriles declamationes, sententiarum flosculos, verborum lenocinia et per fines singulos capitum acuta breuiterque conclusa, que plausus et clamores excitent audientium. Amplectatur me modo sapientia et Abisaac nostra que numquam senescit in meo requiescat sinu. Impolluta et virginitatis perpetue et que in similitudinem Marie cum cotidie generet semperque parturiat et incorrupta est. Hinc reor apostolum dixisse: spiritu feruentes, et in euangelio dominum predicasse quod in fine mundi quando iuxta prophetam Zachariam

stultus pastor esse ceperit, sapientia degenerabit, refrigescet caritas multorum. Audi igitur ut beatus Cyprianus ait non diserta sed fortia. Audi fratrem collegio presbiterum sermonem qui te ab incunabulis fidei usque ad perfectam ducat etatem et per singulos gradus viuendi precepta constituens in te ceteros erudiat. Scio quidem ab auunculo tuo beato Heliodoro qui nunc pontifex Christi est te et didicisse que sancta sunt et cotidie discere normam vite ad exemplum habere virtutum. Sed et nostra qualiacumque sunt suscipe et libellum huic libello illius copulato ut cum ille te quasi monachum erudierit hic clericum doceat esse perfectum. Igitur clericus qui Christi seruit ecclesie interpretetur primo vocabulum suum et nominis diffinitione prolata nitatur esse quod dicitur. Si enim cleros grece latine sors dicitur propterea vocantur clerici quia de sorte domini sunt vel quia dominus ipse sors id est pars clericorum est. Et quia vel ipse pars domini est vel dominum partem habet talem se exhibere debet ut et ipse possideat deum et ipse possideatur a deo. Qui enim dominum possidet et cum propheta dicit: pars mea deus, nil extra dominum habere potest. Quod si quippiam aliud preter dominum habuerit pars eius non erit dominus. Verbi gratia si aurum si argentum si possessiones si variam supellectilem cum hiis partibus pars eius fieri non dignatur. Si autem ego pars domini sum et funiculus hereditatis eius nec accipio partem inter ceteras tribus altaris oblatione sustentor habens victum et vestitum hiis contentus ero et nudam crucem nudus sequar. Obsecro itaque te et repetens iterum iterumque monebo ne officium clericatus genus arrogancie vel genus antique militie putes id est ne lucra seculi in Christo queras militia ne plus habeas quam quando clericus esse cepisti et dicatur tibi: Cleri eorum non proderunt eis. Ad mensam tuam pauperes et peregrini reficiantur et cum illis Christum conuiuam esse noueris. Negociatorem clericum et ex inope diuitem et ex ignobili gloriosum quasi quandam pestem fuge. Corrumpunt mores bonos confabulationes pessime. Tu aurum contempnis alius diligit. Tu calcas opes alius sectatur. Tibi cordi silentium est mansuetudo secretum; illi verbositas attrita frons fora placent ac platee et medicorum taberne. Inter tantam morum discordiam que potest esse concordia

hospitiolum tuum aut raro aut numquam mulierum pedes terant. Omnes puellas Christi et virgines aut equaliter ignora aut equaliter dilige. Ne sub eodem tecto manseris et ne in preterita castitate confidas. Nec David sanctior nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper quod paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit. Egrotanti tibi sanctus quilibet frater assistat, germana vel mater vel probate quamlibet apud omnes fidei. Quod si huiuscemodi non fuerint consanguinitatis castimonieque persone, multas anus nutrit ecclesia que et officium prebeant et beneficium accipiant ministrando, ut infirmitas quoque tua fructum habeat elemosine. Scio quosdam convaluisse corpore et animo egrotare cepisse. Periculose tibi ministrat cuius vultum frequenter attendis. Si propter officium clericatus aut vidua visitatur a te aut virgo, numquam domum solus introeas. Tales habeto socios quorum contubernio non infameris. Si lector, si acolitus, si psallens, si psaltes te sequitur, non ornentur vestibus sed moribus, nec calamistro crispent comas sed pudiciciam habitu polliceantur. Solus cum sola secreto et absque arbitro vel teste non sedeas. Si familiarius est aliquid loquendum, habet nutricem maiorem domus virginem vel maritatam. Non est tam inhumana ut nullum preter te habeat cui se credere audeat. Caveto omnes suspiciones et quicquid probabiliter fingi potest ante devita. Crebra munuscula et orariola et fasciolas et vestes ori applicatas et oblatos ac degustatos cibos, blandas et dulces litteras sanctus amor non habet. Mel meum, lumen meum, meumque desiderium, et ceteras ineptias amatorum, omnes delicias et lepores et risu dignas urbanitates et cetera in comediis erubescimus, in seculi hominibus detestamur; quanto magis in monachis et clericis, quorum et sacerdotium proposito et propositum ornatur sacerdotio. Nec hoc dico quod aut in te aut in sanctis viris ista formidem, sed quod in omni proposito, in omni gradu et sexu et boni et mali reperiantur, malorumque condempnacio laus bonorum sit. Pudet dicere: sacerdotes ydolorum, mimi et aurige et scorta hereditates capiunt; solis clericis et monachis hac lege prohibetur, et prohibetur non a persecutoribus sed a principibus christianis. Nec de lege conqueror, sed doleo cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum est, sed quo mihi vulnus ut indigeam cauterio? Provida securaque legis cautio, et tamen nec sic refrenatur avaricia. Per fideicommissa legibus illudimus, et quasi maiora sint imperatorum scita quam Christi, leges timemus, evangelia contempnimus. Sit heres, sed mater filiorum, id est gregis sui, ecclesia, que illos genuit, nutrivit et pavit. Quid nos inserimus inter matrem et liberos? Gloria episcopi est pauperum opibus providere; ignominia sacerdotis est propriis studere diviciis. Natus in paupere domo et in tugurio rusticano, qui vix milio et cibario pane rugientem saturare ventrem poteram, nunc similam et mella fastidio. Novi et genera et nomina piscium, in quo litore concha lecta sit calleo. Saporibus avium discerno provincias, et ciborum me raritas ac novissime dampna ipsa delectant. Audio preterea in senes et anus absque liberis quorundam turpe servitium. Ipsi apponunt matulam et obsident lectum et purulentias stomachi et flegmata pulmonis manu

propria suscipiunt. Pavent ad introitum medici trementibusque labiis an commodius habeat sciscitantur. Et si paululum senex vegetior fuerit, periclitantur, et simulata leticia mens intrinsecus avara torquetur. Timent enim ne perdant ministerium, et vivacem senem annis Matusale comparant. O quanta apud deum merces, si in presenti precium non sperarent. Quantis sudoribus hereditas cassa expetitur! Minori labore margarita Christi emi poterat. Divinas scripturas sepius lege, immo numquam de manibus tuis sacra lectio deponatur. Disce quod doceas. Optine eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut possis exhortari in doctrina sana et contradicentes revincere. Permane in hiis que didicisti et credita sunt tibi, sciens a quo didiceris, paratus semper ad satisfactionem omni poscenti te rationem de ea que in te est spe. Non confundant opera sermonem tuum, ne cum in ecclesia loqueris tacitus quilibet respondeat: Cur ergo hec que dicis ipse non facis? Delicatus magister est qui pleno ventre de ieiuniis disputat. Accusare avariciam et latro potest. Sacerdotis Christi os, mens manusque concordent. Esto subiectus pontifici tuo et quasi anime parentem suscipe. Amare filiorum, timere servorum est. Si pater sum, inquit, ubi est honor meus? Plura in eodem viro observanda sunt nomina: monachi, pontificis, avunculi. Et episcopi sacerdotes se sciant esse, non dominos. Honorent clericos ut clericos, ut et ipsis a clericis quasi episcopis honor deferatur. Scitum illud est oratoris Domitii: Cur ego te, inquit, habeam ut principem, cum tu me non habeas ut senatorem? Quod Aaron et filios eius, hoc esse episcopum et presbiteros noverimus. Unus dominus, unum templum, unum sit etiam ministerium. Recordemur semper quid apostolus Petrus precipiat sacerdotibus: Pascite eum qui in vobis est gregem domini, providentes non coacte sed spontanee secundum deum, neque turpis lucri gratia sed voluntarie, neque ut dominantes in cleros, sed forma facti gregi ex animo, ut cum apparuerit princeps pastorum, percipiatis immarcessibilem glorie coronam. Pessime consuetudinis est in quibusdam ecclesiis tacere presbiteros et presentibus episcopis non loqui, quasi aut invideant aut non dignentur audire. Et si alii, inquit, fuerit revelatum sedenti, prior taceat. Potestis enim per singulos prophetare, ut omnes discant et omnes consolentur; et spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Non enim est deus dissensionis sed pacis. Gloria patris est filius sapiens. Gaudeat episcopus iudicio suo, cum tales Christo elegerit sacerdotes. Docente te in ecclesia non clamor populi sed gemitus suscitetur; lacrime auditorum laudes tue sint. Sermo presbiteri scripturarum lectione conditus sit. Nolo te declamatorem esse et rabulam garrulumque sine racione, sed misteriorum peritum et sacramentorum dei tui eruditissimum. Verba volvere et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere indoctorum hominum est. Attrita frons interpretatur sepe quod nescit, et cum aliis persuaserit, sibi quoque usurpat scientiam. Preceptor quondam meus Gregorius Nazanzenus, rogatus a me ut exponeret quid sibi vellet in Luca sabbatum deuteroproton, id est secundo primum, eleganter lusit: Docebo te, inquit, super hac re in ecclesia, qua

in omni populo acclamante coegisset invitus fateri quod nesciret, et tunc solus taceret, solus ab omnibus subsannaretur. Nihil tam facile quam vilem plebeculam et indoctam concionem lingue volubilitate decipere, que quicquid non intelligit plus miratur. Marcus Tullius, apud quem pulcherrimum illud est elogium: Demostenes tibi preripuit ne esses primus orator, tu illi ne solus, in oratione pro Quinto Gallio quid de favore vulgi et imperitis concionatoribus loquatur attende. Ipse enim his de rebus loquor que mihi nuper acciderunt: unus quidam poeta dominatur, homo perlitteratus, cuius sunt illa convivia poetarum ac philosophorum, cum facit Euripidem et Menandrum inter se, et alio loco Socratem et Epicurum dissidentes, quorum etates non annis sed seculis scimus esse disiunctas. Atque his quantos plausus et clamores movet! Multos enim condiscipulos habet in theatro, qui simul litteras non didicerunt. Vestes pulle eque ut sordide ornatus pari modo fugienda sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Non absque amictu lineo incedere, sed pretium vestium linearum non habere laudabile est; alioquin ridiculum et plenum dedecoris est referto marsupio quod sudarium orariumque non habeas gloriari. Sunt qui pauperibus parum tribuunt ut amplius accipiant, et sub pretextu elemosine querunt divitias, que magis venatio appellanda est quam elemosina. Sic bestie, sic aves, sic capiuntur et pisces: modica in hamo esca ponitur, ut matronarum in eo sacculi protrahantur. Sciat episcopus, cui commissa est ecclesia, quem dispensationi pauperum cureque preficiat. Melius est non habere quod tribuam quam impudenter petere quod tradam. Sed et genus arrogantie est clementiorem te velle videri quam pontifex Christi est. Non omnia possumus omnes. In ecclesia alius oculus est, alius lingua, alius manus, alius pes, alius auris, venter et cetera. Lege Pauli ad Corinthios: diversa membra unum corpus efficiunt. Nec rusticus et tantum simplex frater ideo se sanctum putet si nihil noverit; nec peritus et eloquens in lingua estimet sanctitatem. Multoque melius est e duobus imperfectis rusticitatem sanctam habere quam eloquentiam peccatricem. Multi edificant parietes et columnas ecclesie subtrahunt; marmora nitent, auro splendent lacunaria, gemmis altare distinguitur, et ministrorum Christi nulla electio est. Neque vero mihi aliquis opponat dives in Iudea templum, mensam, lucernas, turibula, pateras, sciphos, mortariola et cetera ex auro fabricata. Tunc hec probabantur a Domino quando sacerdotes hostias immolabant et sanguis pecudum erat redemptio peccatorum. Quamquam hec omnia precesserunt in figura; scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculorum devenerunt. Nunc vero cum paupertatem domus sue Dominus noster dedicaverit, pauperes cogitemus crucem et divitias lutum putabimus. Quid miramur quod Christus vocat iniquam mammonam? Quid suscipimus et amamus quod Petrus se non habere testatur? Alioquin si tantum litteram sequimur et in auro atque divitiis simplex nos delectat historia, cum auro observemus et cetera: ducant pontifices Christi uxores virgines; quamvis bone mentis sit qui cicatricem habuerit et deformis est, privetur sacerdotio; lepra corporis anime vitiis preferatur; crescamus et multiplicemur et repleamus terram, nec immolemus agnum nec misticum pascha celebremus, quia hec absque templo fieri lege prohibentur; figamus septimo mense tabernaculum et sollempne ieiunium bucina concrepemus. Et si hec omnia spiritualibus spiritualia comparantes scientes cum Paulo quia lex spiritualis est, et David verba cantantes: Revela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua, sic intelligimus ut Dominus quoque noster intellexit et interpretatus est sabbatum, aut aurum repudiemus cum ceteris superstitionibus Iudeorum, aut si aurum placet, placeant et Iudei, quos cum auro aut probare nobis necesse est aut damnare.

Convivia tibi vitanda sunt secularium et maxime eorum qui honoribus tument. Turpe est ante fores sacerdotis Domini crucifixi et pauperis et qui cibo vescebatur alieno lictores consulum et milites excubare. Iudicemque provincie apud te melius prandere quam in palatio. Quod si obtenderis facere te hec ut roges pro miseris atque subiectis, iudex secularis plus defert clerico continenti quam diviti et magis sanctitatem tuam veneratur quam opes. Aut si talis est qui non audiat clericos nisi inter phialas, libenter carebo huiuscemodi beneficio et Christum rogabo pro iudice, qui magis potest subvenire. Melius est enim confidere in Domino quam confidere in homine. Melius est sperare in Domino quam sperare in principibus. Numquam vinum redoleas, ne audias illud philosophi: Hoc non est osculum porrigere sed propinare. Vinolentos sacerdotes et apostolus damnat et vetus lex prohibet: Qui altario serviunt vinum et siceram non bibant. Sicera hebreo sermone omnis potio nuncupatur que inebriare potest, sive illa que frumento conficitur sive pomorum succo, aut cum favi decoquuntur in dulcem et barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem coctisque frugibus aqua pinguior coloratur. Quicquid inebriat et statum mentis evertit, fuge similiter ut vinum. Nec hoc dico quod Dei a nobis damnetur creatura; siquidem et Dominus vini potator appellatus est et Timotheo dolenti stomachum modica vini sorbitio relaxata est; sed modum potandi pro etatis et valitudinis et corporis qualitate exigimus. Quod si absque vino ardeo adolescentia et inflammor calore sanguinis et succulento validoque sum corpore, libenter carebo poculo in quo suspicio veneni est. Pulchre dicitur apud Grecos, sed nescio utrum apud nos eque resonet: Pinguis venter non gignit sensum tenuem. Tantum tibi ieiuniorum pondus impone quantum ferre potes. Sint tibi pura, casta, simplicia, moderata et non superstitiosa ieiunia. Quid prodest oleo non vesci et molestias quasdam difficultatesque ciborum querere, caricas, piper, nuces, palmarum fructus, similam, mel, pistacia? Tota ortorum cultura vexatur ut cibario non vescamur pane. Audio preterea quosdam contra rerum hominumque naturam aquam non bibere nec vesci pane, sed sorbitiunculas delicatas et contrita olera betarumque succum non calice sorbere sed concha. Pro pudor, non erubescimus istiusmodi ineptiis nec tedet superstitionis? Insuper etiam famam abstinentie in deliciis querimus. Fortissimum ieiunium est aqua et panis. Sed quia gloriam non habet et omnes pane et aqua vivimus, quasi publicum et commune ieiunium non putatur. Cave ne hominum rumusculos aucuperis, ne in offensam Dei populorum laudem commutes. Si adhuc, inquit apostolus, hominibus placerem, Christi servus non essem. Desivit placere hominibus et servus factus est Christi. Per bonam et malam famam, a dextris et a sinistris Christi miles graditur; nec laude extollitur nec vituperatione frangitur; non divitiis tumet, non contrahitur paupertate, et leta contemnit et tristia. Per diem sol non urit eum neque luna per noctem. Nolo te orare in angulis platearum, ne rectum iter frangat aura popularis. Nolo te dilatare fimbrias et ostentui habere philacteria et conscientia repugnante [illegible] circumdari; [illegible] dependet [illegible] quid taceat et quid [illegible] loquar. Tot et tanta [illegible] Quanto melius est hec non in corpore sed in corde portare, Deum habere fautorem, non aspectus hominum. Vis scire quales querat Dominus ornatus? Habeto prudentiam,

fortitudine hic celi plaga intende hic te quadriga velud auriga dei ad metam concitus fertur. Nil hic mo[...] nulli preciosius. Ne habeat ex eorum varietate decretum ex omni parte detractores linguas et prurientes et ornamenta sibi sunt et minimi contemne. Vituit in sententia. Caue quoque ne aut linguam aut aures habeas prurientes, id est ne aut ipse aliis detrahas aut alios audias detrahentes. Sedens inquit adversus fratrem tuum loquebaris et adversus filium matris tue ponebas scandalum. Hec fecisti et tacui. Existimasti inique quod ero tui similis arguam te et statuam contra faciem tuam. Sermones et cuncta que de aliis eos loquitur ut tua propria mediteris in ipsis deprehendisque que in aliis arguebas. Neque vero illa iusta est excusacio referenti ab aliis iniuriam facere non possum. Nemo invito auditori libenter refert. Sagitta in lapidem numquam figitur sed interdum resiliens percutit dirigentem. Discat detractator dum te videt non libenter audire non facile detrahere. Cum detractoribus ait Salomon ne misceaeris quoniam repente veniat perdicio eorum et ruinam utriusque quis novit. Tam videlicet eius qui detrahit quam illius qui aurem accomodat detrahenti. Officii tui est visitare languentes nosse domos matronarum ac earum liberos et nobilium virorum custodire secreta. Officii tui est[?] non solum oculos castos servare sed et linguam. Numquam de formis mulierum disputes, nec quid agatur in alia parte domus alia per te noverit. Ypocras adiurat discipulos antequam doceat et in verba sua compellit iurare. Extorquet sacramento silencium sermonem incessum habitum mores describit. Quanto magis nos quibus animarum medicina commissa est omnium christianorum domos quasi proprias amare debemus. Consolatores nos in merorib[us] suis potius quam convivas in prosperis noverint. Facile contempnitur clericus qui sepe vocatus ad prandium non recusat. Numquam petentes raro accipiamus rogati. Beatius est enim dare quam accipere. Nescio quo enim modo etiam ipse qui deprecatur ut tribuat cum acceperis viliorem te iudicat et mirum in modum si eum rogantem contempseris plus te postea veneratur. Predicator continencie nupcias ne conciliet. Et qui apostolum legit superest ut et qui habent uxores tamquam non habentes sint, cur virginem cogit ut nubat. Qui de monogamia sacerdos est quare viduam hortatur ut bigama sit. Procuratores atque dispensatores domorum alienarum atque villarum quomodo esse possunt qui proprias iubentur contempnere facultates. Amico quippiam rapere quippe furtum est, ecclesiam fraudare sacrilegium est. Accepisse pauperibus erogandum et esurientibus plurimis vel cautum esse velle vel timidum aut quod apertissimi sceleris est quicquam inde subtrahere omnium predonum crudelitatem superat. Ego fame torqueor et tu iudicas quantum ventri meo satis sit. Aut divide statim quod acceperis, aut si timidus es dispensator dimitte largitorem ut sua ipse distribuat. Nolo sub occasione mea sacculus tuus plenus sit. Nemo mea melius me servare potest. Optimus dispensator est qui sibi nihil reservat. Coegisti me Nepociane carissime lapidato iam virginitatis libello quem scripsi Eustochio Rome scriptum post annos x rursus Bethleem ora reserare et confodiendum omnium me linguis prodere. Aut enim nihil scribendum fuit ne hominum iudicium subiremus quod tu facere noluisti, aut scribentes nosse cuncta maledicorum tela esse contra nos torquenda. Quos obsecro ut quiescant et desinant maledicere. Non enim ut adversariis sed ut amicis scripsimus, nec invecti sumus in eos qui peccant sed ne peccent monuimus. Neque in illos tantum sed et in nos ipsos severi iudices fuimus, volentes festucam de alterius oculo tollere nostram prius trabem eiecimus. Neminem lesi nullius saltim nomen descriptum signatum est. Neminem specialiter meus sermo pulsavit. Generalis de viciis disputacio est. Qui mihi irasci voluerit prius ipse de se quod talis sit confitetur.

Explicit epistola ad Nepotianum beati Jeronimi

[illegible] de gradibus [illegible]

Cum sit dicit infimus gradus caritatis est diligere amicos a quibus homo diligitur, honoratur, beneficiatur et in omnibus adiuvatur. Quia hoc non facit caritas naturalis. Diligere amicos nec est. Maior gradus est diligere inimicos ex corde propter deum, quia ad imaginem dei facti sunt, sanguine Jesu redempti. Contra[?] Crisostomus[?]: Amare non amantem gracie est. Quia hic non facit nisi quod filius dei qui solem suum facit oriri super malos et inimicos beneficiis ad amorem. Unde Salvator Math. v: Bene facite hiis qui oderunt vos. Hoc faciunt publicani. Sed vos perfectissimi. Item altus gradus est eum quod valitate anime ipsos nos querit. Maior cum condicione anime eum damno suo querit. Altissima cum bono anime cum propria morte querit, quod utique Jesus Christus Marie filius fecit. Apostolus cum dixisset in epistola Dei Johannes: maiorem hac dileccionem nemo habet. Item altus gradus est eum qui diligit absentem re. Maior cum diligit absente corpore vel membris. Altissimus eum diligit absentem propter infirma virtutes et bona spiritualia et ipsum deum quacumque actione.

De obediencia

Altus gradus est obediencie vitatori, redditori et remuneratori in omnibus preceptis et prohibicionibus obedire quia nil precipit nisi quod ducat ad summum bonum et nil impedit quod abducat a summo bono. Maior est eum obedimus homini prelato discreto in presencia dei. Altissima eum obedimus indiscreto et discolo in presencia dei. Ut in Canonica obedite dominis non tantum bonis et modestis sed et discolis et immodestis. Math. xxiii: Dixerint vobis facite. Item altus gradus est deo vel homini ob timorem pene. Maior propter spem eternitatis in presenti et glorie in futuro. Altissima propter nullum istorum sed simpliciter propter deum, quia deus est et nos sumus eius. Nam caritas non querit que sua sunt.

De humilitate

Altus gradus est subdere maiori. Maior est se equali subdere. Altissimus se subicere minori, et hoc sub[?] abundancia. Sic Christus Jesus fecit accipiens baptisma a Johanne. Item altus gradus est eum quod humiliat in verbis. Maior est in factis. Altissima eum vere humilis in corde fuit, quia virtus est in corde non in verbis nec in factis. Quoque iniustus[?] tenus est quia se negat humiliter et interior eius plena sunt dolo. Hanc Christus Jesus docuit et docuit dicens Math. xi: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Item altus gradus humiliare se propter magnitudinem delictorum. Maior se humiliare propter abundanciam virtutum, sic nobilis arbor inclinat propter abundanciam fructuum. Altissima propter imitacionem dei humiliati Jesu. Item altus gradus humiliare se de omnibus malis commissis. Maior se humiliare de bonis commissis et de bonis que operantur. Altissima de omnibus bonis in vacuum precepti

De Castitate

Altus gradus est castitas coniugalis altior vidualis altissimus virginalis. Hoc patet per fructus horum statuum ... [illegible] ... In altiori sunt ... [illegible] ... Altus gradus est detestari ... [illegible] ... Altior detestari ... [illegible] ... Altissimus est detestari voluntate ... [illegible] ... Altissimus est detestari cogitaciones ... [illegible] ... Iob pepigi fedus cum oculis meis ... [illegible] ... De virgine ... [illegible] ... castitas ... [illegible] ... familiaritates malas ... [illegible] ... dulces ... salutaciones blandas ... [illegible]

De Paciencia

Altus gradus pacie est pacienter sustinere amissiones rerum ut Iob. Altior pacienter sustinere ... [illegible] ... Altissimus ... [illegible]

De Misericordia

Altus gradus misericordie ... [illegible] ... Altior misereri ... [illegible] ... Altissimus misereri ... [illegible] ... in purgatorio ... [illegible] ... ut Abraam nulli negavit hospicium

Altior ... [illegible] ... Altissimus ... [illegible] ... In altissimo ... [illegible] ... in inspirando

De Veritate

Altus gradus veritatis est libenter cognoscere veritatem et de veritate. Altior loqui eam et de ea. Altissimus ... libenter ... eam ... et alios ... [illegible] ... Altus cognoscere veritatem. Altior ... Altissimus se et alios ... [illegible] ... Altior ... eam defendere ... [illegible] ... Altissimus est ... defensores ... [illegible] ... Altior res et amicos ... veritatem abnegare. Altissimus res et amicos ... [illegible] ... ponere

De Paupertate

Altus gradus paupertatis est relinquere res temporales. Altior relinquere amicos seculares et spirituales. Altissimus relinquere se ipsum ... [illegible] ... in omnibus ... [illegible]

De Prudencia

Altus gradus est cognoscere ... [illegible] ... Altior ... [illegible] ... Altissimus ... [illegible] ... in purgatorio ... [illegible]

De Fortitudine

Altus gradus est fortiter vincere ... [illegible] ... Altior vincere carnem ... [illegible] ... Altissimus est vincere se ipsum ... [illegible]

tradere ad mortem pro eius [illegible]. Item
altus est resistere peccatis corporalibus scilicet
gule et luxurie. Altior resistere spiritualibus
ut in potissimum complacencie proprie displicencie
aliene personarum acceptacioni. Altissimus
vitare occasiones tam corporalium quam spiritua-
lium ut numismata etc. Item altus est
non consentire peccato operis. Altior non
consentire peccato locucionis. Altissimus non con-
sentire peccato cogitacionis. Item altus est for-
titer laborare in hoc mundo pro sancta vita
que consistit in bona consciencia et mo-
ribus bonis. Altior laborare pro
societate angelica. Altissimus pro amore dei
et vita eterna.

De iusticia

Altus gra-
dus iusticie est reddere proximo quod suum est
scilicet gaudere cum gaudentibus flere cum
flentibus. Altior reddere sibimet ipsi suum
scilicet dolorem promissionis [illegible] istud dolere
quasi firmamentum etc. et cautelam con-
committenda [illegible] ab omni specie mala
abstinere vos. Altissimus reddere deo quod suum
est scilicet timorem quia dominus honorem quia pater.
Malach. i. Si ego dominus ubi est timor et
amor est quia sponsus. Item altus reddere
numquam bonum pro bono. Altior bonum pro
malo. Altissimus reddere optimum pro pessimo
sic christus iesus fecit dans corpus suum inde tra-
ditori. Item altus iustificare est operari ut
deo placeat. Altior iustificare locuciones.
Altissimus iustificare cogitaciones voluntates
et intenciones. Item altus videre naturalem iusticiam
[illegible] quod sibi fieri non vis alteri ne fe-
ceris. Altior [illegible] iusticiam. Altissimus
[illegible] defendat.

De temperancia

Altus gradus temperancie est moderare se in
omnibus accionibus scilicet visu habitu in-
cessu sompno [illegible] et omnia ordinate fiant
[illegible]. Altior temperare se in affecti-
bus et motibus interioribus ne nimis [illegible]
[illegible] excipiant. Altissimus temperare
cogitaciones ne [illegible] excedant. Item al-
tus est restringere se ab illicitis exterioribus. Al-
tior restringere se ab illicitis interioribus et
ex illicitis [illegible] ad licita. Altissimus
restringere se a licitis usque ad mortem.
Item altus moderate loqui de defectibus
hominum in presencia ipsorum. Altior non loqui
de excessibus hominum vivorum et mortuo-
rum in absencia tamquam si essent presentes.
Altissimus de facto tam vivorum quam mor-
tuorum excusare in illis qui habent
excusacionem. Item sic [illegible] altus est gradus
temperancie cibi et potus ut esuriem
fugiat. Altior ut saturitatem effugiat. Altis-
simus [illegible] sibi et potus ante
intellectum operetur.

De pace

Altus
gradus pacis est cum [illegible] spiritum
[illegible] exhibeat se ad omnia
mala [illegible]. Altior cum [illegible]
spiritum [illegible] exhibeat se ad
omnia bona facienda. Altissimus
cum [illegible] deo amore [illegible]

eius tam in [illegible] quam
in [illegible] cum viribus observando
sic [illegible] gradus [illegible] in [illegible].
Item altus gradus est misericordie [illegible]
si in aliquo [illegible]. Altior [illegible]
[illegible] si afflicti fuerint ita quod
faciunt eis bonum quod sibi vellet fieri.
Altissimus voluntatem suam voluntati
superioris conformare. Item altus est [illegible]
[illegible]. Altior [illegible] in
facie [illegible]. Altissimus [illegible]
[illegible] signo vel nutu in omnibus [illegible]
christus iesus qui dicit non veni facere
voluntatem meam sed eius qui misit me.
Item altus gradus est [illegible] mala
ne publicentur. Altior bona [illegible]
diminuere ne fama denigretur sed extolle-
re. Altissimus de [illegible] memoria [illegible]
et [illegible] eorum [illegible] stabiliat.

De constancia

Altus gradus constancie
est cum homo tenetur [illegible] deo quod
[illegible] ad [illegible] malum [illegible]
[illegible] ab aliquo bono [illegible]
placeat pro amissione rerum temporalium sicut
Job Tobias et Malach. Altior cum non
[illegible] cogi per mutilacionem membrorum [illegible]
[illegible] et malach. Altissimus cum
non [illegible] per ablacionem vite temporalis ut pau-
lus qui dicit non possum [illegible] sed
et mori [illegible] pro nomine domini Iesu.
Item in altum [illegible] qui non recedit
a deo in prosperitate sicut [illegible] in [illegible]
[illegible] ut [illegible] qui non recedit a deo in adversitate sicut
Stephanus. In altissimum
[illegible] a deo in adversitate [illegible]
[illegible] ut Job qui [illegible]
[illegible] non defecit.
Item in alto est qui non consentit temptaci-
onibus peccatorum [illegible] sed [illegible] sustinet.
In altiori qui non consensit temptacionibus
peccatorum spiritualium sed [illegible] sustinet. In altissimo
qui non consentit sed [illegible]
temptacionibus carnalium et spiritualium
peccatorum. Item in altum ascendit qui
non [illegible] bona [illegible] et [illegible]
[illegible] vel [illegible] et [illegible]
[illegible] de [illegible] In altiori
qui non [illegible] adulacionem vel laude [illegible]
[illegible] malorum. In altissimum qui non
[illegible] laude bonorum.

De largitate

Altus gradus largitatis est [illegible]
dare [illegible] temporalia ut fecit [illegible]
cum. Altior dare spiritualia ut fecit [illegible]
qui [illegible] et [illegible]
[illegible] se fecit. Altissimus qui dat
corpus suum sicut christus iesus. De-
hinc est corpus [illegible]. Item in altum
ascendit qui dat quicquid ab eo
petitur [illegible] qui petit a te da
ei. In altiorem qui plus dat quam
petat ut naaman [illegible]
[illegible]. In altissimum qui [illegible]
petentes inducens eos ut petant
ut christus Iesus Jo. 10 [illegible]

mo petiit quicquid petite etc. In alto gradu longanimitatis stat qui dat aliquid hinc spe recompensacionis. Unde omnes munera diligunt sectantur retribuciones. In altiori qui dat aliquid sine spe recompensacionis ut apostolus dans spiritualia d. Non quero vestra sed vos. In altissimo qui refert gracias accipientibus dona sua sicut Christus de corpore et omnibus que recepimus nos. Christe desideravit a nobis per quem salvati sumus recipiendo et accipientibus gracias agendo. Item in alto stat qui dat bona temporalia indigentibus. In altiori qui dat indigentibus eternis. In altissimo qui dat indigentibus et non indigentibus ut deus qui solem suum facit oriri super bonos et malos.

De compassione

Altus gradus compassionis est mediocriter condolere amico afflicto. Altior condolere inimico afflicto. Altissimus condolere deo et contumelia illata. Item in alto est qui condolet famis in afflictione corporali. In altiori qui condolet infirmis in purgatorio. In altissimo qui condolet purgandis in purgatorio. Item in alto stat qui afflictis in corde condolet. Apostolus quis scandalizatur et ego non uror. Sic igne compassionis. Item in altiorem sic quis condolent in corporali morte. Item altissimum qui plorat afflictos ut david cum plebe bat. Compassionis [illegible] Et nos qui dicit flebat super afflictos. Item compaciebatur quia ut pauperes sic et Christus super [illegible] altius qui compaciatur afflictis corporaliter. Altior afflictis spiritualiter. Altissimus qui condolet omnibus in defectibus spiritualibus. Item altius condolere afflictis ad tempus breve. Altior ad longum. Altissimus condolere afflictis ad longissimum tempus.

De congratulacione

Altus gradus congratulacionis est congratulari congratulari omnibus hominibus ad ymaginem et similitudinem dei factis et congratulari eis de omnibus bonis que a deo perceperunt. Altior congratulari angelis et signanter de [illegible] Altissimus congratulari deo de eterna et immensa beatitudine quam habet a semetipso per naturam. Item altius congratulari de omni beneplacito suo quod fecit in celo et in terra ab hominibus. Altior congratulari deo de beneplacito quod fecit ab angelis in celo. Altissimus congratulari sanctissime persone divinitatis ut beneplacito quod fecerunt vicissim persone ad alias personas. Item altius est congratulari omnibus hominibus in bonis fortune. Altior congratulari de bonis naturalibus ut corporis et anime. Altissimum congratulari eis de donis spiritualibus et virtutibus. Item altius est congratulari sanctis in omnibus profectibus. Altior congratulari peccatoribus. Altissimus congratulari inimicis. Item ad congratulandum instigat natura. Altior caritas. Altissimus. Item hoc facit in persona divina

De abstinencia

Altus gradus abstinencie est vitare oblectamenta corporis in victu et vestitu. Altior vitare delectamenta carnis que subito veniunt et cito transeunt ut luxuria vel gule delectamenta et similia. Altissimum vitare delectabilia spiritus que cito veniunt et diu permanent ut amicicia temporalis et pecunia [illegible]. Item altus est vitare illicita oblectamenta que difficulter [illegible] Altior vitare delectabilia que faciliter fiunt. Altissimum vitare illicita delectabilia [illegible] ut patet per vij peccata. Ita est licitis abstinere [illegible]. Item altus est vitare consolacionem transitoriam in rebus visibilibus. Altior fugere consolacionem singularem ipsius dei ut maria magdalena que non curat de angelis per quibus Christum quem amiserat. Altissimum vitare ad tempus consolacionem que potest in eterno pro salute proximi sicut apostolus ait optabam esse anathema a Christo Ihesu pro fratribus meis.

De concordia

Altus gradus est concordare cum sanctis in fide christiana. Altior concordare in vita bona et laude dei. Altissimus concordare cum deo in perfecta voluntate. Item altus est concordare cum fidelibus de fidelibus cordis operando. Altior concordare cum perfectis affectu cordis operando. Altissimus concordare [illegible] voluntati cordis in omnibus operando. Item altus est concordare cum sanctis et bonis precepta dei servando. Altior concordare cum perfectis consilia dei perficiendo. Altissimus concordare cum [illegible] omnibus et moribus conformando. Item altus est pacem cum omnibus hominibus concordare que ingerit pacem sicut in se ipso aspiciat. Altior concordare cum omnibus ne de pace [illegible] omne concordari ne [illegible] Altissimus concordare cum omnibus ut per misericordiam [illegible] bonum a te veniat ut aliquis [illegible] alienum.

De beatitudine

Altus gradus beatitudinis est ponderare naturalia dona hominis ut memoriam intellectum et voluntatem. Altior est ponderare bona corporis ut sanitatem etc. Altissimus digne ponderare dona gratuita ut sunt virtutes et bona hominis. Item altus est ponderare bona hominis a deo collata. Altior ponderare nostram prelationem ad bona hominis. Altissimus digne ponderare dona eterna a deo procedencia. Item altus est gracias agere de solo rectitudinis per testamentum. Altior gracias agere de spiritu sancto. Altissimus agere gracias de doctrinis Christi et eius et eius moribus. Item altus gradus agere gracias de omnibus creaturis in terra. Altior de omnibus creaturis in celo. Altissimus agere gracias de omnibus bonis que sunt in ipso deo.

De religione

Altus gradus religionis est agnoscere vias imperfecta religionis et ea odire sicut est omnes dissolucionis mala societatis curiositas

minimus [illegible] Alter cognoscit maturitatem religionis
et ea desiderare ut est maturitas, solitudo, taciturnitas
eree et non potuimus intrare in eam et ob
sidentes conclusimus eos et non apparuerunt
post dies xx videntes eis accedito scu
tum et clipeum super caput meum ascendi
recipiens lapides usque athalantarios et
occidi quatuor potentes ex ipsis die se
quenti intrantes Ruben et Gad occi
derunt alios lx tunc petierunt nos que
ad pacem et ducti consilio patris nostri
recepimus eos tributores et post hec filius
meus duxit Thamar ex Mezopotamia
filiam Aram et erat pernitiosus erat autem Er
dei Percussit enim tercia die in nocte Non
enim voluit habere filios ex Thamar et de
di eam Onam et iste in malicia non cognovit
eam Fa[ctus] est cum ea secundum annum et com
minatus simul et coivit cum ea Corrumpit
vero semen in terra secundum mandatum
matris sue et hic in malicia mortuus est
volebam autem et Selam dare ei sed uxor mea
Bersue non permisit malignabatur enim ad
Thamar quoniam non erat ex filiabus Cha
naan sicut ipsa et cognoscebam quia pravum sed
erat genus Chanaan sed consilium iuventutis
excecavit cor meum et videns eam cum
vino fundentem in ebrietate vini decepit
sum et cecidi ad eam quod pravabit et accepit
sola uxorem ex terra Chanaan Cognoscens
vos quia fecit maledixi ei in dolore
anime mee et ipsa mortua est in malicia
filiorum suorum post autem hec quinque annos vi
dua existente Thamar audiens quod ascendo
tondere ornata ornatum ponsalicio
sedit contra civitatem ad portam Ebriatus
igitur non cognovi eam et decepit
pulchritudo ipsius per formam ornatus et inde
clinans ad ipsam dicebam Ingrediar ad te
et dixit michi quid dabis michi et dedi
ei virgam et zonam et dyadema regni et cum
coivi cum illa concepit et ut in textu Et
post hec venimus in Egiptum ad Joseph quando
senex xlvi annorum eram et post lxx
iii annos illic vixi et nunc audite filii
patrem et custodite omnes sermones me
os ad faciendum iustificationes domini
et non ambuletis post concupiscencias vestras
nam in cogitacionibus consiliorum vestrorum
in superbia cordis vestri nam gloriamini
in fortitudine operacionibus iuventutis
vestre quia hoc est pernitiosum in oculis
domini Ego enim et confitentes sum
quia in bellis nam decepit me faciem
terre formose et exprobravi Ruben
fratrem meum de Bala uxore patris
mei spiritus zeli et fornicationis constituit
de me donec incidi in Bersue Chana
neam et in Thamar nuptam filiis me
is Et dicebam socero meo Consulam
patrem meum et ita accipiam filiam tuam
Et audit in nomine filie sue cum multi
tudine infinita Erat enim rex et or
navit eam in auro et margaritis

Cessat nobis vinum fundens in cena in pulchri-
tudine mulierum et vinum pervertit oculos
meos et obscuravit cor meum voluptas
et desiderans eam conveni et transgressus
sum mandatum domini et mandatum
patrum meorum et accepi eam in uxorem
et retribuit michi dominus secundum consilium
patris mei cordis quia non sum letatus
in filiis meis. Et nunc filii mei ne ine-
briamini vino quia vinum avertit intellectum
a veritate et immittit iram desiderii et du-
cit oculos in errorem. Si enim aliquis bibat vinum
in ebrietate in cogitationibus sordidis con-
turbat intellectum in fornicatione et
accendit corpus in commixtione et nunc
eius causa desiderii operatur peccatum et non
verecundatur. Quale vinum est filii mei quia
ebrius non erubescit. Ecce enim et me er-
rare fecit ut non erubescerem multitudinem in ci-
vitate quia in oculis omnium declinavi ad
Thamar et feci peccatum magnum et revelavi
immunditie filiorum meorum bibens vinum
verecundatus sum mandatum dei et accepi
uxorem Chananeam. Propterea intellectu opus
est qui bibit vinum et hic intellectus est
vini potationis ut usque quo habeat erubescen-
tiam bibat. Si vero transeat terminum hunc immu-
tat intellectum et facit ipsum errare et ebri-
um turpia loqui et iniqua agere et non verecundari
sed gloriari in vilitate existimare se bonum.
Qui fornicatur et nudatur regno egreditur
servus factus fornicationis sicut et ego nudatus
sum. Dedi enim virgam hic est firmamentum
mee tribus et zonam meam hec est potentia
et diadema hoc est gloria regni mei. Et pe-
nitens de hiis vinum et carnes non assumpsi
usque ad senectutem et omnem leticiam nescivi.
Custodite ergo filii terminum vini et nunc filii
diligite deum et offeram vos super ipsum
ut non dispergatis michi enim dedit dominus
regnum et ipsi sacerdotium et subiecit regnum sacri-
ficio michi dedit que in terra illi que
sunt in celis ut supereminet celum terre
ita supereminet dei sacerdotium regno quod
est in terra et ipsum enim supra te elegit
dominus appropinquare sibi et comedere men-
sam ipsius primicias et delicias filiorum
Israel. Et erunt eis ut mare. Quemadmo-
dum enim in mare iusti et iniusti pericli-
tantur captivantur hii vero ditantur rapien-
tes qui regnabunt erunt sicut deglutien-
tes homines velud pisces filios et filias
liberos et in servitutem redigent agros gre-
ges pecudes rapiant et multorum car-
nibus iniuste corvos et ibices saturabunt
et proficient in malum in avaritia ex-
altati et erunt ut procelle pseudoprophete
et omnes iustos persequentur et bella con-
tinua erunt in Israel et in alienigenis
et consummabitur regnum meum usque ve-
niat salutare usque ad adventum dei iustitie

et quiescat Jacob in pace et omnes gentes
et ipse custodiet potestatem regni mei usque
in seculum iuramento enim iuravit michi non
deficere regnum meum et semine meo usque
in seculum. Multa autem michi est tristicia
filii mei propter impudicitias et sortilegia et
idolatrias quas facientes in regno per phi-
tonissas sequentes divinationibus et demo-
nibus erroris filias vestras cantatrices et
et publicas facietis et immiscebimini in ab-
hominationibus gentium propter quibus ducet dominus
super vos famem et pestilentiam mortem et
gladium obsidionem et canes in dilaniationem
et amicorum opprobria perditionem et dolorem ocu-
lorum puerorum occisionem et uxorum ab-
lationem et possessionum rapinam templi dei incen-
dium terre desolationem vestri ipsorum servitutem
in gentibus et si redeatis ad dominum in humi-
litate cordis penitentes visitabit vos in
misericordia et dilectione a captivitate inimicorum
vestrorum et post orietur vobis astrum ex Ja-
cob in pace et exurget homo ex semine me-
o et sol iustitie ambulans cum filiis homi-
num in mansuetudine et iustitia et omne peccatum
non invenietur in eo et aperientur super ipsum
celi ad effundendum spiritus benedictionem patris
sancti et ipse effundet spiritum gratie super vos et
eritis ei in filios et ambulabitis in pre-
ceptis illius primis et ultimis. Hic est
germen dei altissimi et hic est fons in vi-
tam omnis carnis. Tunc effulgebit sceptrum
regni mei et a radice mea nascetur vobis
propagatio et in eo ascendet virga iustitie gen-
tibus iudicare et salvare omnes invocantes
dominum et post hec resurgent Abraam Ysaac et Ja-
cob in vitam. Custodite ergo filii dei legem
domini quia spes est omnibus diligentibus
viam eius. Centum et xix annorum ego morior
hodie in oculis vestris. Nullus sepeliat me
in preciosa veste vel ventrem meum rescindat quoniam
hic faciunt sunt regnantes et reducite
me in Hebron vobiscum et hic obdor-
mivit Judas et fecerunt filii eius secundum omnia
que mandaverat eis.

Ysachar

Ysachar vocavit
filios suos et dixit Audite filii
Ysachar patrem vestrum auribus percipite
verba dilecti a domino. Ego natus sum
quintus filius Jacob in mercedem mandrago-
rarum et cognovit Jacob Liam que con-
cipiens me peperit et propter mercedem vocatus
sum Ysachar. Quando enim factus sum vir
ambulabam in rectitudine cordis et factus sum
agricola patrum meorum et fratrum meorum
et attuli fructus ex agris secundum tempus eorum
et benedixit me pater meus videns quia in sim-
plicitate ambularem et non eram perscrutator in
actibus meis neque pravus et invidus
proximo non sum obligatus alicui nec vitupe-
ravi vitam hominis ambulans in simplicitate ocu-
lorum. Propterea xxx annorum accepi michi uxo-
rem quia labor devorabat fortitudinem meam

et non intelligebam voluptatem mulieris
Sed pre labore sompnus invadebat me et
pater gaudebat in simplicitate propter meam semper si enim
laborabam omnem fructum et omne germen
per sacerdotem offerebam domino deo patri meo et
tunc eo et dominus duplicavit bona in ma-
nibus meis omni pauperi et tribulato tri-
buebam bona terre in simplicitate cordis
quoniam in ipsa omnia beneplacita deo
Simplex autem aurum non concupiscit proximum non impa-
dit cibos varios non appetit vestem diversam
non vult per vitam longam non subsistit nisi
solum recipit voluntatem dei et spiritus er-
roris non possunt adversus eum non enim venit
recipere mulierem ut non in adulterio
coinquinet mentem suam non zelus in cogitacionibus
eius supervenit non invidia liquefaciat animam
eius nec lucrum in avaricia excogitat am-
bulat enim in rectitudine vite et omnia videt
in simplicitate. Custodite ergo legem dei filii
mei et simplicitatem possidete et in innocencia
ambulate et inscrutabiles mandata dei do-
mini et proximi actus sed diligite domi-
num et proximum pauperis et infirmi miseremini sup-
ponite dorsum vestrum in agriculturam et o-
peramini in operibus terre sed in omnibus agriculturam
dona cum gratiarum accione domino offerentes
quoniam primiciis fructuum terre benedixit do-
minus vos quemadmodum benedixit omnes sanctos ab Abel
usque nunc non datur enim tibi alia pars quam
pinguedinis terre cuius sunt fructus quorum pater
noster Jacob in benedictionibus terre et primicia-
rum benedixit me et Levi et Judas glori-
ficati sunt a domino in filiis Jacob et enim do-
minus hereditavit in illis et huic quidem dedit
sacerdocium huic vero regnum eius ergo obedite
et in simplicitate cordis vestri ambulate
quoniam et Gad datum est per detractiones
supervenientes Israel. Novi filii mei quoniam
in extremis temporibus delinquent filii vestri sim-
plicitatem et erunt avari ut dicitur in-
nocentes appropinquabunt malignitati derelinquen-
tes mandata dei et adherebunt Beliar et
dimittentes sequentur inicua consilia sua
et dispergentur in gentibus et servient inimi-
cis suis et vos ergo dicite hec filiis suis ut
si peccaverint velocius convertantur ad dominum quia mi-
sericors est et eripiet eos. Ecce cxxij annorum sum
ego et non cognovi peccatum super me in mor-
tem preter uxorem meam non cognovi aliam
non fornicatus sum in elacione oculorum
meorum vinum in ebrietate non bibi omne
desiderabile proximi non desideravi dolus non
fuit in corde meo mendacium non ascendit
per labia mea omni homini contristato con-
gemui pauperi meum non comedi solus
terminum non solvi pietatem feci in omnibus die-
bus vite mee et veritatem domini dilexi in omni
fortitudine simplex fui et vos faciatis
filii mei et omnis accio pravorum
hominum non dominabitur vobis et omnes consis-
tere fera servituti subicient habentes vobiscum
deum celi ambulantes cum hominibus in
simplicitate cordis et mandavit eis ut
educerent eum in Ebron et ibi sepelirent
eum cum fratribus suis et extendit pedes
et mortuus est Isachar in senectute
bona omnia membra habens sana et potens
dormivit sompnum secularem. **Zabulon**

Transcriptum testamenti Zabulon
quod disposuit filiis suis centesimo xiiij et
x° anno vite sue xx post xxxij
annos mortis Joseph et dixit eis au-
dite me filii Zabulon attendite verba patris
vestri ego sum Zabulon datum bonum geni-
toribus meis. Cum enim genitus essem
auctus est pater noster valde et greges et
armenta eius quando in variis virgis vec-
tis habuit sortem non cognovi filii mei
quod peccavi in diebus meis nisi in mente
nam recordor quod iniquitatem feci preter igno-
ranciam quam feci in Joseph quam celavi
cum fratribus meis non dicens patri meo quod
factum erat et flevi multum in abscon-
dito timui enim fratres meos quia apposu-
erunt omnes simul si quis revelaret
misterium occidendum eum gladio tamen quando
volebant occidere eum multa testificatus
sum eis cum lacrimis ut non facerent in-
iquitatem hanc venerant enim Symeon et
Gad. Gad super Joseph qui dixit eis
miseremini mei fratres mei miseremini patris
vestri Jacob ne educatis super me manus
vestras ut effundatis sanguinem innocentem
quia non peccavi in vos. Et si vere et peccavi
in disciplina erudite me manus autem
manum vestram non mittatis propter Jacob pa-
trem nostrum ut autem dixit verba in misera-
cione ego incepi flere et epata mea re-
soluta est in me et omnis substancia viscerum
meorum laxata est flevit autem et Joseph
et ego cum eo et tremuit cor meum
et iuncture corporis mei extremuerunt et non
potui stare. Et videns me flentem cum eo
et illos supervenientes eum occidendum
eum refugit retro me deprecans eos.
Exurgens autem Ruben dixit fratres
non occidamus eum sed mittamus eum
in unam in lacunam quam foderunt pa-
tres nostri. Et non invenit aquam propter hoc
enim prohibuit dominus ascendere aquam in
eis ut fieret protectio Joseph et fecit dominus
ita usque vendiderunt eum Ismahe-
litis. Etenim precio Joseph filii ego non
communicavi sed Symeon et Gad et
alii sex fratres nostri accipientes precium
Joseph emerunt calciamenta sibi et
uxoribus et filiis dicentes non comedemus
illud quoniam precium sanguinis est fratris
nostri sed conculcacione conculcemus illud pro
eo quod dixit se regnaturum super nos et vi-
deamus quid erunt sompnia sua
propterea in scriptura legis Enoch scriptum
est qui noluerit suscitare semen fratri
suo solvetur calciamentum Joseph nolu-
erunt in vitam fratres eorum et deus

plavit eos ut ex calciamento Joseph
etenim venientes in Egipto soluti sunt
a pueris Joseph extra portam et ita adora
verunt Joseph secundum typum pharaonis. Non
solum autem adoraverunt eum sed et consumpti
sunt confestim cadentes coram eo et sic
confusi sunt coram Egiptiis. Post hec
enim audierunt Egipcii omnia mala que
fecimus Joseph. Judas enim comedit cum eis
intendebat enim in lacum quem timebat ne
respicientes Symeon et Gad interficerent
ipsum quia videntes me non comedentem
posuerunt me custodire ipsum quousque ven
ditus est. Extitit autem in lacu tres dies et
tres noctes et ita venditus est inanitus.
Et ita audiens Ruben quod venditus ab
sente eo incrementis (?) plorabat dicens quo
modo videbo faciem patris mei Jacob et
accipiens cucurrit ad venatores et nec
nec invenit dicentes eum viam magnam
ambulaverunt per abscondita (?) in velocitate
et non comedit Ruben panem in die illa
accedens ergo Dan dixit Neque flere neque lugere
ni enim quid dicam patri meo Jacob Occi
demus hircum caprarum et intingemus tunicam
Joseph et dicemus ei cognosce si filii tui
tunica est. Ista tunica enim patris nostri exu
erunt Joseph cum venderent eum
et induerant vestimentum vetus servi. Tuni
cam enim habuit frater Symeon et voluit
dare eam volens gladio suo discindere
eam iratus quod vixit et non occidit eum.
Verumtamen omnes adversus eum omnes surre
ximus quia si tu non dederis dicens quod tu solus
fecisti hoc malum in Israel. Et ita dedit
eam et fecerunt sicut dixit Dan. Et nunc
filii mei annuncio vobis custodire manda
ta domini et facere misericordiam in proximum et misericordia
miserere habere ad omnes non solum ad homines
sed ad irrationabilia. Propter hec enim benedixit
me dominus et omnibus fratribus meis egro
tantibus ego sine egritudine pertransivi. Non
enim dominus unigenitorum (?) electorum. Habete
ergo misericordiam in visceribus vestris quia sicut ali
quis fecit proximo ita dominus faciet ei. Etenim
filii fratrum meorum egrotabant et moriebantur
propter Joseph quia non fecerunt misericordiam in visceribus
suis. Filii autem mei sine egritudine con
servati sunt sicut nostis. Et quando eram
in chanaan in littore venator eram vena
tionem piscium patri meo et multi suffocati
in mari et illesi permansi. Primus ego
feci scapham in mari navigare quia
dominus dedit michi intellectum et sapientiam in
ipsa et dimisi lignum retro ipsam et ad
linteamen extendi in recto ligno in medio
et in ipso perambulans littora piscabar
pisces domui patris mei usque venimus
in egiptum et ex venatione omni peregrino
miserans dabam. Si vero erat peregrinus vel
egrotans vel senex coquebam pisces et in
unguentoque opus offerebam omnibus propter hoc
dominus multum piscem fecit me venari.
Qui enim tribuit proximo accipit multiplicata a
domino quinque annis piscatus sum om

dimisi

homini quem videbam tribuens et omni domui
patris mei. [illegible] annuncio vobis que feci vi
debam tribulatum in nuditate hiemis et misera
tus super ipsum furatus vestimentum a domo mea
et abscondite dedit tribulato. Et vos ergo filii
habete viscera misericordie adversus omnes homines
ut et dominus in vos propicius miseratus vobis. Ro
mam (?) in extremis diebus deus mittet manum
suam in terram et ubi invenerit viscera misericordie in
ipso habitabit. Quanto enim homo miseretur in
proximum tanto deus in ipsum. Quando enim
descendimus in egiptum Joseph non erat recor
datus mali in nos me vero videns mi
sertus est in quem inspicientes et vos im
memores malorum efficiemini et diligite unita
tem et non cogitetis unusquisque maliciam fra
tris sui quia in hec dividit unitatem et con
sanguinitatem dispergit et fundamentum in duo
capita quia omne quod facit deus caput unum
sed dedit duos humeros manus pedes
sed omnia membra uni capiti obediunt.
Novi in scriptura patrum meorum quia in no
vissimis diebus recedetis a domino et dividemini
in Israel et duos reges sequimini et omnem
abhominationem facietis et omne idolum adora
bitis et captivabunt vos inimici vestri et sede
bitis in nationibus in omnibus infirmitatibus
et tribulationibus et doloribus anime et post
hec recordabimini domini et penitebitis et con
vertat vos quia misericors est et miseretur non
excogitans maliciam filiis hominum quia caro
sunt et spiritus errorum seducunt eos in omni
bus actibus suis. Et post hec orietur vobis
dominus ipse lumen iusticie et sanitas et
misericordia in pennis et ipse redimet omnem ca
ptivitatem filiorum hominum a belial et omnes
spiritus errorum conculcabit et convertat omnes
gentes in emulationem eius et videbitis de
um in forma hominis quem iam elegerit do
minus Jerusalem nomen ei et rursus sermonum ves
trorum ad iracundiam provocabitis eum et ab
iecti eritis usque ad tempus consummationis. Et
nunc filii mei non contristemini quia morior ego
neque concidatis quia relinquo vos. Resur
gam enim rursus in medio vestri sicut dux
in medio filiorum suorum et letabor in me
dio tribuum meorum quotquot custodierint legem
domini et mandata Zabulon patris eorum.
Super impios vero inducet dominus ignem
eternum et perdet eos usque in generationes et hec
dicens dormivit in somno bono et po
suerunt eum filii sui in theca [illegible] redu
centes in Ebron sepelierunt eum cum patribus suis.

Transcriptum sermonum Dan **Dan**
quos dixit filiis suis in ultimis
diebus suis. In cxxv° anno vite
sue vocans tribum suam dixit Audi
te filii Dan sermones meos [illegible]
in corde meo et in omni vita mea quo
niam bonum est in deo et placens veritas
cum iusticia actione. Et quoniam [illegible]
sum est mendacium et ira quia omnem
maliciam hanc docet. Confitebor hodie
vobis filii mei quia in corde meo letatus
sum de morte viri Joseph veracis et
boni et gaudebam in venditione eius
quia pater super nos diligebat eum

Spiritus enim zeli et elationis dixit michi et tu eris filius eius et omnis spiritus Belial cooperabatur michi dicens accipe gladium hunc et in eo occide Joseph et diliget te pater tuus eo mortuo. Hic est spiritus ire suadens michi ut pardalis devorat edum ita et vorarem Joseph. Sed deus patris nostri Jacob non misit eum in manus meas ut invenirem eum solum et necarem. Permisit iniquitatem hanc per facere ut tollerentur duo sceptra in Israel. Et nunc filii ecce morior et in veritate dico vobis quoniam si non custodieritis vos metipsos a spiritu mendacii et ire ut diligatis veritatem et longanimitatem disperibitis. Cecitas est in ira filii mei et non est aliquis iracundus videns in vultu. Quoniam etsi pater etsi mater est in hostibus attendit eis si frater non novit si prophetia domini ira obedit si iustus non aspicit amicum non cognoscit. Circumponit enim ei spiritus ire retiacula et excecat naturales oculos eius per mendacium et tenebrat mentem eius et propriam visionem prebuit ei. Custodite ergo filii mei mandata domini et legem eius servate, recedite ab ira et odite mendacium et deus habitabit in vobis et fugiet a vobis Belial. Veritatem loquimini unusquisque ad proximum suum et non incidatis in voluptatem et turbationes sed eritis in pace habentes deum pacis et non prevalebit adversus vos bellum. Diligite dominum in omni vita vestra et vos metipsos ad invicem veraci corde. Novi enim quoniam in novissimis diebus recedetis a domino et offendetis Levi et Juda resistetis sed non poteritis adversus eos. Angelus enim dei ducat utrosque quoniam in ipsis stabit Israel. Et quantum recedetis a domino in omni malitia ambulabitis facientes abhominationes gentium. Legi enim in libro Enoch iusti quoniam princeps vester est Sathanas et quoniam omnes spiritus fornicationis et superbie Levi obedient ad insidiandum filiis Levi ad faciendum eos peccare coram domino. Et filii mei appropinquantes erunt Levi et participantes cum eis in omnibus et filii Jude erunt in avaritia rapientes aliena ut leones. Propter hoc abducemini cum eis in captivitatem et illic recipietis omnes plagas Egypti et omnes malitias gentium. Et ita revertentes ad dominum misericordiam consequemini adducet vos in sanctificationem clamans vobis pacem. Et orietur vobis ex tribu Jude et Levi salutare domini et ipse faciet adversus Belial prelium ad ultionem victorie dabit finibus vestris. Et convertet corda incredula ad dominum et dabit invocantibus eum pacem eternam et requiescent in Eden sancti et in nova Jerusalem letabuntur iusti que erit in glorificationem dei usque in seculum et non amplius sustinebit Jerusalem desolationem nec captivabitur Israel quoniam dominus erit in medio eius cum hominibus conversatus et sanctus Israel regnans super eos in humilitate et paupertate et qui credit in eum regnabit in veritate in celis. Et nunc timete dominum filii mei et attendite vobis metipsis a sathana et spiritibus eius. Appropinquate deo et angelo excusanti vos quoniam ipse mediator dei et hominum in pace Israel contra regnum inimici stabit. Propter hoc studet inimicus subvertere omnes invocantes dominum. Novit enim quod in qua die crediderit Israel consummabitur regnum inimici. Ipse angelus pugnavit pacis per faciem eius quoniam nulli angelorum coram ut ei nomen vero eius erit in omni loco Israel et in gentibus salvator. Filii mei que audivistis a patre vestro tradite filiis vestris et recipiat vos pater gentium. Est enim verax et longanimis mansuetus et humilis. Discedite ergo ab omni iniustitia et adherete iustitie legis domini et sepelite me prope patres meos. Et hec dicens osculatus est eos et dormivit sompnum [illegible] et sepelierunt eum filii eius et postea reduxerunt ossa eius prope Abraham Ysaac et Jacob.

Neptalim

Transcriptum testamenti Neptalim de hiis que disposuit in tempore finis sui. In septimo mense xiii die mensis ipso sano existente fecit cenam et magnificam et postquam excitatus est a sompno mane dixit eis quoniam morior et non crediderunt ei. Et benedicens dominum confirmavit quoniam post cenam alteram moritur. Incepit ergo dicere filiis suis: Audite filii Neptalim sermones patris vestri. Ego natus sum ex Bala et quoniam in mihi astutia fecit Rachel et dedit pro se ipsa Balam Jacob et concepit et peperit me propter hoc vocavit me Neptalim et dilexit me Rachel quoniam super femora sua natus sum et specialiter tenerum existentem osculata est me dicens: Videam fratrem tuum ex ventre meo secundum te unum et similis. Unde erat in omnibus Joseph secundum orationes Rachel. Mater autem mea est Bala filia Rothei fratris Debbore nutricis Rebecce que Bala in una die nata est in qua et Rachel. Rotheus vero ex genere erat Abraam Caldeus, deum venerans, liber et nobilis et captivatus emptus est a Laban et dedit ei Evam ancillam suam in uxorem que peperit filiam et vocavit eam Zelpham cognomine castellani in quo captivus erat. Deinde peperit Balam dicens nomine festinans filia mea, confestim enim nata festinavit lac sugere et quia levis eram pedibus meis ut cervus ordinavit me pater meus Jacob in omnem missionem et annuntiatorem et ut cervum me benedixit. Quemadmodum enim figulus vas quantum et adimplet fecit lutum, ita deus ad similitudinem spiritus fecit corpus et ad potentiam corporis spiritum imponit, non est una tertia ex uno capillo pondere. Enim non mensura et regula omnis creatura altissimi et quemadmodum novit figulus usum unius cuiusque vasis ad quod sufficit, ita dominus corpus usque sufficiat in bono et quando

incipit in malo. Quoniam non est omnis
creatura et omnis intellectus quem non
cognovit dominus. Omnem hominem enim creat
ad imaginem suam. Sicut fortitudo eius ita
et opus eius, et sicut spiritus eius ita
et actio eius. Sicut cor eius ita et os eius.
Sicut oculus eius ita et somnus eius. Sicut
anima eius ita et sermo eius vel in lege
domini vel in lege beliar. Et sicut divi-
sum est inter medium lucis et tenebre vi-
sus et auditus, ita divisum est inter
medium viri et viri et inter medium mulie-
ris et mulieris, et non est dicendum quo-
niam in una facierum vel similium omnia.
Omnia enim in ordine fecit deus bona. Quinque
sensus in capite et collum copulavit
capiti et capillos ad gloriam, cor ad pru-
denciam, ventrem ad distraccionem, stomachum ad tri-
turam, cannam ad sanitatem, epar ad iram, fel ad
amaritudinem, ad risum splen, renes ad a-
stuciam, lumbos ad virtutem, costas ad pon-
derandum, spinam ad fortitudinem et cetera deinceps. Ita
igitur filii mei in ordine sitis in bono, in timore dei,
et nichil inordinatum faciatis in contemptu neque
extra tempus suum. Quoniam si dicas oculo audire,
non potest; ita neque in membris poteritis
facere opera lucis. Nolite ergo festinare avaricia
corrumpere actiones vestras vel in sermonibus
vanis seducere animas vestras, quoniam tenentes
in medio cordis polietis voluntatem dei tenere
et abicere voluntatem dyaboli. Sol, luna et
stelle non mutant ordinem suum; ita et vos
non mutetis legem dei in ordinacione ac-
tuum vestrorum. Gentes errantes et dere-
linquentes dominum immutaverunt ordinem
suum et secute sunt lapides et ligna, sequen-
tes spiritus erroris. Vos autem non sic, filii mei,
cognoscentes in firmamento et in terra et
mari et in omnibus creaturis dominum
qui fecit hec omnia, ut non efficiamini sicut
Sodoma que mutavit ordinem nature sue.
Similiter et vigiles mutaverunt ordinem
nature ipsorum, quos et maledixit do-
minus in diluvio. Hec dico filii mei quoniam
legi scripturam sanctam Enoch quod et vos
recedetis a domino ambulantes secundum
omnem iniquitatem Sodomorum, et inducet
vos dominus in captivitatem et servietis ini-
micis vestris et omni pena et tribulacio-
ne comprehendemini usque consummat dominus
omnes vos. Et postquam pauci facti fueritis et
minorati, revertemini et cognoscetis dominum
deum vestrum, et revocabit vos in terram
vestram secundum multam misericordiam suam. Et erit cum
venerint in terram patrum suorum, rursum
obliviscentur dominum et impie agent, et dis-
perget eos dominus super faciem universe
terre, usquequo veniat misericordia domini, homo
faciens iusticiam et faciens misericordiam in omnes
qui longe sunt et qui prope. In anno
xl vite mee vidi in montibus oliveti
oriente Ierusalem quod sol et luna steterunt.
Et ecce Ysaac pater patris mei dicit no-
bis: currentes tenete unusquisque in
virtute sua, et qui apprehenderit erit sol et
luna. Et omnes simul currebamus, et Levi
tenuit solem, et Iudas attingens appre-
hendit lunam, et exaltati sunt ambo cum
eis. Et cum esset Levi sicut sol, iuvenis
quidam tradidit ei ramos palmarum
duodecim. Et Iudas erat splendidus ut
luna. Sub pedibus eorum erant duodecim
radii. Accurrentes ad invicem Levi et Iudas
tenuerunt ipsos. Et ecce taurus in terra
habens duo cornua magna et alas aquile
in dorso eius, et volentes apprehendere
eum non potuimus. Preveniens enim Ioseph
cepit eum et ascendit cum ipso in excel-
sum. Et vidi quod illic eram alicubi, et ec-
ce scriptura sancta apparuit nobis dicens:
Assirii, Medii, Perse, Elamite, Gelachei,
Chaldei, Syri hereditabunt in captivitate
duodecim sceptra Israel. Et rursus men-
se septimo vidi patrem nostrum stantem in mari,
et nos filii eius cum eo. Et ecce navis
venit velificans plena carnibus siccis
sine nautis et gubernatore. Inscribebatur
autem navis Iacob. Et dixit nobis pater
noster: ascendamus in navem nostram. Ut autem
ascendimus, facta est tempestas vehemens
et turbo venti magni, et avolat pater noster
a nobis tenens gubernacula. Et nos tem-
pestate quassati in pelagus ferebamur,
et impleta est navis aquis tempestate
circumstita ut et contracta esset. Et Ioseph
in cimba fugit. Dividimur autem et nos in
tabulis x. Levi vero et Iudas erant
in simul. Dispergimur ergo omnes usque in fines.
Levi autem indutus sacco pro omnibus depre-
cabatur dominum. Ut autem quievit tempestas, sta-
tim navis attingit in terram velut in pace. Et ecce
pater noster venit, et unanimiter exultabamus. Hec duo
sompnia dixi patri meo, et dixit michi:
Oportet impleri in tempore ipsorum multa
Israel sustinere. Tunc dixit michi pater meus:
Credo quod vivit Ioseph. Video enim semper quod deus
eum connumerat nobiscum. Et flens dixit: Vivis
Ioseph fili, et non video te, et tu non vides
Iacob qui genuit te. Fecit autem et
nos lacrimari in hiis sermonibus. Sine et
ardebar visceribus annunciare quod vendi-
tus est, sed timui fratres meos. Ecce filii mei
ostendi vobis tempora extrema, quoniam omnia fiant in
Israel. Et vos ergo mandate filiis vestris ut uni-
antur Levi et Iude. Per Iudam enim orietur salus
Israel, et in ipso benedicetur Iacob. Per sceptrum
enim eius apparebit deus habitans inter ho-
mines in terra ut salvet genus Israel, et
congregabit iustos ex gentibus. Si operemini bo-
num filii mei, benedicent vos et homines
et angeli, et deus glorificabitur per vos
in gentibus, et dyabolus fugiet a vobis, et bestie
timebunt vos, et angeli suscipient vos.
Sicut enim si quis filium nutriat bene memoriam
habet bonam, ita etiam bono opere est memoria
apud deum bona. Non facientem bonum maledi-
cent homines et angeli, et deus inhono-
rabitur in gentibus per ipsos, dyabolus
inhabitat ipsos sicut vas proprium, et omnis bestia

dnabitur eis et domus odio habebit eos
Efficiamini ergo sapientes in deo prudentes
scientes ordinem mandatorum eius et legis
et dei et deus diligat vos et multa alia
mandans eis dormiuit et precepit ut tollerent ossa
eius in Ebron et sepelierunt eum cum
patribus suis et comedens et bibens in sim
plicitate anime relaxauit fratrem suam et mortuus
est qui fecerunt sicut mandauerat eis

Transsumptum testamenti Gad Gad
quecumque locutus est filiis suis in
anno C xx vii vite sue Nonus
Septimus filius natus sum Iacob et fortis in gre
gibus Ego custodiui in nocte greges et quando
venit leo vel lupus vel pardus vel vrsus
vel omnis bestia super greges persequebar eam
et apprehendens eius manu mea et girans
obumbrabam et iactabam super duo stadia et
ita interficiebam Ioseph ergo pascebat greges
nobiscum vel nud per dies triginta et delicatus
erat insinuatus est a bestia et reuersus est in E
bron ad patrem suum qui reclamauit eum
dicens iuxta se quia diligebat eum et dixit
Ioseph patri nostro quod filii zelphe et bale
occiderunt bona et deuorant ea preter cogi
tationem Iude et Ruben Sciebat enim quod quedam
agnum eruebat ex ore vrse et illam inter
feci et agnum occidi de quo dolens stabam quod
non potuit viuere et comedebamus ipsum
et patri non et molesti erant Ioseph et vo
luit vsque in diem venditorum sue In facie re
darguit nos quod sine Iuda comedimus a
vos et omnia quecumque dixit patri persuasit
ei Confitebar nunc peccatum meum filii quia pluri
es volui occidere eum quia vsque ad animam
odio habui eum et omnino non erat in me
viscera misericordie in ipsum propter hoc et ego et Iudas ven
didimus eum hysmahelitis pro triginta au
reis et decem abscondentes viginta diuidimus
fratribus nostris et ita auaricia certificatus sum
de interfectione eius et deus patrum meorum
eripuit eum de manibus meis vt non
facerem iniquitatem in Israel Et nunc audite filii
mei sermones veritatis ad faciendam iusticiam
et omnem legem altissimi et non errate per
odium quod malum est in omnibus actibus homi
nis Omne quicquid facit homo qui odit abhominatur
si faciat legem domini habet non laudat si time
at dominum et volt iusta hic non diligit vi te
vituperat diligenti inuidet detractorem am
plectitur arrogantiam amat quomodo odiumque
excecauit animam eius sicut et ego respiciebam
Ioseph custodiunt ergo filii ab odio quoniam
in ipsum dominum iniquitatem fecit non enim volt
audire verba mandatorum eius de dilectione
proximi et in deum peccat Si enim delinquet
frater statim volt annunciare omnibus et festinat
vt iudicetur pro ipso delicto et puniatur moriatur
Si autem fuerit seruus accusat eum apud domi
num suum et in omni tribulacione tractat aduersus
eum si quo mortificet eum Odium enim opera

tur inuidia et aduersus bonum operantes persecutionem
audiens et videns semper infirmatur Sicut ad
modum enim dilectio mortuos volt viui
ficare et eos qui sunt in sentencia mortis
vellet reuocare Ita odium viuentes volt
occidere et eos qui in paruo peccauerunt
non volt viuere Malum est odium quoniam
permanet continue cum mendacio loquens
aduersus veritatem et parua facit magna tene
bras lucem attendit dulce amarum
dicit et calumniam edocet et bellum et in
iuriam et omnem abundanciam malorum
et veneno dyaboli cor implet Hec experi
encia dico filii mei vt fugiatis odium
et adhereatis dilectioni dei Iusticia eicit odi
um humilitas occidit odium Iustus enim
et humilis erubescit facere iniustum non ab
alio reprehensus sed ipso corde quia dominus
percepit consilium eius hic ergo ultimo co
gnoui post penitenciam de Ioseph quia ei
um dei vera penitencia occidit inobediencia et
fugat tenebras et illuminat oculos et co
gnicionem tribuit anime et ducit consilium
ad salutem Et que non didicit ab homi
nibus nouit per penitenciam Induxit enim mihi
dominus egritudinem epatis et nisi fuissent
oraciones patris mei paulominus defecis
set anime spiritus mea per que enim peccat homo
per illa et punitur Quia disposita erant
epata mea et impiciabilia aduersus Ioseph
in epate paciens implacabilis indicium
per menses vndecim secundum quantum tempus mecum de
bat Ioseph vsque venderetur Et nunc filii
mei diligite vnusquisque fratrem suum et aufer
te odium de cordibus vestris diligentes in
vicem opere et sermone Dicite autem et vos
filiis vestris vt honorent Leui et Iuda
quia ex eis faciat dominus oriri saluatorem
Israel Cognoui enim quia in fine recedent
filii vestri ab eis et in omni prauitate et ma
lignitate et corrupcione erunt coram
domino et paululum quiescens rursus dixit
eis O filii mei audite patrem vestrum et sepel
lite me iuxta patres meos et eleuans
pedes suos dormiuit in pace Et post
v annos induxerunt eum et posue
runt eum in Ebron cum patribus suis

Transsumptum testamenti Asser Asser
que locutus est filiis suis
C xx anno vite sue adhuc sanus
existens dixit ad eos Audite filii as
ser patrem vestrum et omnem rectum ostendam
vobis coram deo Duas vias dedit deus
filiis hominum et duo consilia et duos
actus et duo loca et duos fines propter
hoc omnia duo sunt vnum contra vnum
Due vie boni et mali in quibus sunt
duo consilia in pectoribus nostris diiudi
cancia eas Si ergo anima velit in bono
omnis actus ipsius est in iusticia et si peccat
confestim penitet Iusta enim cogitans et
abiciens maliciam eam subuertat statim sum
malum et eradicat peccatum Si vero

in malum declinat consilium omnis actus
eius est in malicia et repellens bonum
assumit malum et constituta sub dyabolo
belial etsi bonum operetur in malum convertit
hec. Cum enim incipit ut bonum faciens
finem actionis eius malum facere im-
pellit quia thezaurus dyaboli venenatus pernitiosi
spiritus repletus est. Est ergo anima dicens ut
bonum super malum et finem rei in maliciam
ducit. Est homo qui non miseretur ministro
ei in malum et hic duplicem faciem habet
sed totum pernitiosum est. Est homo diligens
malignantem similiter est in malicia quemadmodum
et mori deplorat in malo propter ipsum
et de hac manifestum quia duplicis faciei est
totum vero malis actum et innocentem existens
in malicia est absconditus agit rapit a-
varus existit et miseretur pauperum duplici
quidem facie habet et hoc totum vero pernitiosum
est avarus proximus erga proximum ad iracundiam
provocat deum et altissimum dicat et
pauperis miseretur preceptorem legis spernit et
exacerbat et paupere requiescere facit animam
 ... et corpora splendificat multos occidit
et paucorum miseretur et hic quidem duplicis
faciei est alius adulterat et fornicatur
et abstinet a cibis et ieiunans malefacit
et potestatem et divitiis multos distringit
et ex tumida malicia facit mandata
et hic duplicis faciei est totum autem malum
est tales ut sues sunt et lepores quia
ex medietate sunt mundi secundum veritatem autem
immundi sunt. Et enim deus in tabulis celorum
ita dicit vos ergo filii mei non efficiamini
secundum ipsos duplices habentes facies bonitatis
et malicie sed bonitati soli adherete
quia deus requiescet in ipsa et homines
desiderant eam maliciam fugite occiden-
tes dyabolum in bonis vestris actibus
quemadmodum qui duplicis faciei sunt non deo sed
concupiscentiis suis serviunt et belial placere
volunt et similibus hominibus hoc autem
ut hec quod sunt unius faciei etsi existimantur
ab hiis qui sunt duplicis faciei peccare iusti
apud deum sunt. Multi enim occidentes per-
niciosos duo faciunt opera malum per bo-
num vero est bonum quemadmodum qui malum
eradicavit perdidit illud est aliquis qui
odit immisericordem et iniustificat eum hic me-
chum et latronem et hic est duplicis faciei
sed totum opus bonum est quia imitatus deum
non accipiens quod videtur bonum cum vero
malum alter non vult diem bonam videre
cum luxuriosis et non maculat os suum
et inquinat animam et hic duplicis faciei totum
autem bonum est quia hec capreolis et cervis
similes sunt quia in consuetudine agresti videntur
immundi esse ex toto autem mundi sunt
quemadmodum in zelo dei ambulant recedentes
ab hiis a quibus deus prohibet per mandata
odio habens eos notans malum a bono.
Videte ergo filii quomodo sunt duo in omnibus
unum contra unum et unum sub uno ab-

sconditum vite mors succedit glorie dei nox
sed luci tenebre omnia vero sub die sunt
et sub vita que iuste sunt propter quod ad et mor-
tem vita eterna prospectat et non est dicere
veritatem mendacium neque iustum iniustum
quia omnis veritas sub luce est quemadmodum
omnia sub deo hec omnia probavi in vita
mea et non erravi a veritate domini
et mandata altissimi exquisivi secundum omnem
fortitudinem meam ambulans secundum unam faciem
in bono. Attendite ergo filii mei et vos man-
data domini sed unam faciem sequentes veri-
tatem quia qui duplicis faciei sunt dupliciter
puniuntur spiritus errorum odite adversus homines
agonizantes legem domini custodite et non
attendite malum ut bonum sed in vero bono
vultum respicite et observate illud in omni-
bus mandatis domini ad eum revertentes
ut in eo quiescatis quoniam fines hominum
ostendunt iustitiam ipsorum et cognoscite an-
gelos domini et sathane non efficiamini
sicut sodoma filii que ignoravit ange-
los domini et periit usque in seculum. Novi enim
quia peccabitis et trademini in manus inimicorum
vestrorum et terra desolabitur et vos dispergemini
et despecti velud aqua inutilis quousque
altissimus visitabit terram et ipse veniat
ut homo cum hominibus manducans
et bibens in silencio conterens caput
draconis per aquam hic salvabit israel et omnes
gentes deus in omni absconditus. Dicite
ergo filiis vestris ut non discredant ei
legite enim in tabulis celorum quoniam
discredentes discredetis ei et impie agen-
tes in eum non attendentes legem domini
sed mandata hominum propter hoc dispergemini ut
gad et ut dan fratres mei qui regiones
vestras ignorabant et tribum et linguam vestram
sed congregabit vos dominus in fide propter
spem misericordie sue propter abraham ysaac et iacob.
Et hec dominus mandavit eis et ait sepelite
me in ebron et mortuus sompno
bono dormiens et fecerunt filii eius
sicut mandaverat eis

Joseph

Transcriptum testamenti Joseph cum
moriturus erat vocavit filios su-
os suos et fratres suos dixit eis
filii mei et fratres audite Joseph
dilectum ab israel auribus percipite filii pa-
trem vestrum. Ego sum in vita mea vidi
iniuriam et mortem et non erravi in veritate
domini fratres mei oderunt me venditus
sum et dominus liberavit me factus in ca-
ptivitate assumptus et fortis manus eius ad-
iuvit in fame detentus sum et ipse dominus
nutrivit. Solus aderam et deus consola-
tus est me in infirmitate cum altissimus
visitavit me in carcere eram et salvator
letificavit me in vinculis et absolvit
me in accusationibus et protexit in verbis
egyptiorum et liberavit me in in-
vidiis cum dolis et exaltavit me et ita
putiphar coquus tradidit michi domum

fuerim et positus sum ad mulierem in verecundia ad
festinantem me mecum agere cum ipsa. Sed deus
Israel patris mei custodivit me a flamma
ardente incarceratus et verberatus sum non enim
delinquit timens deum nec in tenebris vel
in vinculis vel in tribulationibus vel in necessitatibus
Non enim sicut homo confundit nec ut filius hominis formi-
dat neque ut terrenus formidat vel repellit
in omnibus vero hiis est presens et in modis di-
versis consolatur in brevi recedens a proba-
tionis consilium in decem temptationibus probatum me
ostendit et in omnibus hiis longanimis fui
quoniam magna medicina est longanimitas et multa
bona dat sustinentia. Quotiens egyptia mi-
nata est michi morte quotiens penis tra-
dens revocavit me et minata est mihi et cum re-
tinui volenti dicebat autem mihi dominaberis mei et
eorum que mea sunt si tradis teipsum in me
Ego autem recordatus sum sermonum patris mei
Jacob et ingressus thalamum adoravi dominum
et ieiunavi in septem illis annis et apparui
egyptio quasi in deliciis vivens qui propter
dominum ieiunantes faciei gratiam accipiunt. Et si
autem datum erat michi vinum non bibebam
et in triduo ieiunabam accepi meam dietam
et eam egentibus et infirmis et mane vigila-
vi ad dominum et flevi in mephiticia egyptia quoniam
mea valde indesinenter molesta erat michi
et nocte intravit rationis visitationis ad me
et primo quidem quoniam masculus filius ei non erat
confingebat me habere ut filium et oravit ad dominum
et peperit masculum ad tempus quoniam ut filium me am-
plexata est et ego ignorabam ad extremum
in fornicationem me trahebat et tunc contristatus
sum usque ad mortem quoniam cognovi dolum
ipsius et errore et dicebam ei verba altissimi
Si forte avertetur a via sua perniciosa multotiens
ut stultam vero in viris blandita est michi cum
solo laudavit castitatem meam coram viro suo
volens singulariter subplantare me glorificavit
me ut castum in aperto et in abscondito dixit
michi ne timeas virum meum etenim per-
suasum est ei de castitate tua quoniam si di-
cerentes aliquis de nobis non credat in omni-
bus hiis in terra iacebam in sacco et de-
precabar ut liberaret me dominus ab egyptia
ut vero non potuit rursus in sermone instru-
ctionis veniebat ad me dicens verbo domini
et dixit michi si vis ut relinquam ydola ob-
tempera michi et egiptium persuadebo recede-
re ab idolis et in lege domini dei tui ambula-
bimus. Dico autem ad eam non vult immunditia vel
dominus esse venerantes eum neque in adul-
terantibus complacitum est ei. Illa silenti de si-
derans adimplere concupiscentiam et ego appone-
bam ieiunium et orationem ut liberaret me
dominus ab ipsa rursus vero in alio tempore dixit
michi si adulterari non vis ego occidam
egiptium et ita lege accipiam te in virum
Ego vero ut audivi hec scidi stolam meam
et dicebam mulier verecundare dominum et non fa-
cias actum perniciosum hunc et non desperabis
quia et ego annunciabo impietatem cogitationis tue

omnibus timens quoniam illa rogavit ut nulli
annunciarem maliciam eius et recessit blandiens
me secundum donis et mittens omnia que
sunt in usu filiorum hominum et misit michi
cibum incantationum commixtum et ut venit eu-
nuchus ferens illud respexi et vidi virum
terribilem tradentem michi cum gladio gla-
dium intellexi omnem constructionem mulieris
illius in seductionem anime sue et exeunte eo
flebam neque illud neque aliquem ciborum illius
gustavi. Post vero diem unam ipsa veniens ad
me cognovit cibum et dixit quid hoc
est quoniam non comedisti de cibo et dicebam
ad eam quoniam implesti illum morte
et qualiter dixisti quia non appropinquo idolis
sed domino soli nunc quoniam cognosce quoniam
deus patris mei revelavit mihi per angelum
maliciam tuam et servavi cibum in redar-
gutionem tui si forte videns illud peniteas
et non dicas quia hiis qui in castitate dominum
venerantur non prevalet malignitas impie
agentium accipiens coram ipsa comedi
dicens deus patrum meorum et angelus Abraham
erit mecum. Illa vero cecidit ante pedes
meos in faciem et flevit et erigens illam
admonui et promisit ut non faceret ad-
plius impietatem. Sed quia vero cor i-
psius iacebat in me ad initium ad con-
cupiscentiam cecidit. Videns vero ipsam egip-
tius dixit ad eam quare concidit facies
tua. Illa dixit dolore cordis ego doleo
et gemitus spiritus mei continent me et
curabat eam in egrotatione. Tunc exi-
liit ad me adhuc existens egra et dixit michi
suffocatorum puteum vel in precipicium precipitabo
me ipsam nisi michi obedieris et intelli-
gens quia spiritus Belial ipsam conturbat
orans dominum dixi ei ut quid turbaris
et tumultuaris tu. Multarum in peccatis
obcecavit. Recordare quia si occidas te
ipsam Zethon concubina viri tui invidens
tibi colaphizabat filios tuos et perdat
memoriam tuam de terra et dixit michi ec-
ce quoniam diligis me sufficit michi solum-
modo tu protegis vitam meam et filiorum
meorum habeo expectationem potiri deside-
rio meo et non cognovit quia propter dominum
meum dixi ita et non propter ipsam. Si enim
aliquis passioni succumbat desiderii per-
versi et hinc servus efficitur ut illa si bo-
num aliquod audierit in passione qua
vincitur accipit illud ad desiderium per-
versum. Dico vobis filii quia hora e-
rat quasi sexta quia exivit a me et
ego genua flectens ad deum tota die
et tota nocte remansi circa diluculum
surrexi lacrimans et petens liberationem
ab egyptiaca in fine quoniam apprehendit
vestimenta mea cum violentia trahens
me ad concubitum ut vero vidi quoniam

insaniens violentia tenuit vestimenta
mea. nudus fugi et illa calumniata est me
ad virum suum et dux scripsit flagellans
me misit in carcerem in domo sua. Egipti-
us/ ut igitur eram in compedibus egiptia infir-
mata est a tristicia et auscultabat quan-
do laudabam dominum in domo tenebrarum exi-
stens quomodo per occasionem ammonebat ab egi-
ptia que multociens misit ad me dicens Ac-
cepta imple desiderium meum et libera-
bo te a vinculis. sed neque usque ad cogita-
tiones aliquas inclinavi ad eam. diligit
enim deus magis eum qui in lacu tenebra-
rum ieiunat in castitate quam eum qui in
thalamis deliciatur cum luxuria. Et multo-
tiens eius insinua descendit ad me
in carcerem et audivit vocem mei orantis
Intelligens autem eius suspiria silui et
iterum quando eram in domo eius nudabat bra-
chia sua et pectora et tibias ut iacerem
cum ea. nimis enim erat pulcra et domus
custodivit me ab opposito in lege eius. Vi-
dete ergo filii mei quanta operatur susti-
nentia et oratio cum ieiunio. et vos igitur
si sobrietatem et castitatem teneatis in susti-
nentia et humilitate cordis dominus
habitabit in vobis. ubi vero habitat altissimus
et si aliquis incidat in invidiam vel servitu-
tem vel calumniam dominus qui in ipso habitat
propter castitatem non solum a malis liberat et
sed exaltat et glorificat sicut patet in me. Cogno-
sunt me fratres mei et non sum exalta-
tus in corde meo quamvis puer existens
timorem habui dei in mente mea. Sciui enim
quod omnia preteribunt et modicabar me ipsi
ipsum et honorabam fratres meos et propter
timorem eorum filii mei venditus ut non
dicerem hismahelitis genus meum quomodo
filius sum Jacob viri magni et potentis
veniens autem ad indoto spiritus quorum
hismahelite interrogabant me et ego di-
cebam quod servus ipsorum sum ex domo
et non confunderem fratres meos. Dicit vero mi-
maior eorum non es servus quia et aspectus
tuus ostendit de te et minatus est michi usque
ad mortem. Ego vero dicebam quod servus ipsorum
sum. Ut autem venerunt in egipto de me
certabant quis adderet aurum et acciperet me
propter quod omnibus me placuit esse in egipto
apud negociatorem negociationes ipsorum
usque reverterentur. faciente negociatore et do-
minus dedit michi gratiam in oculis negocia-
toris et tradidit michi domum suam et bene-
dixit eum dominus in manu mea et implevit
eum argento et auro et eram cum ipso in
mensibus tribus et diebus quinque. Per idem tempus
transiit memphitica uxor putiphar cum
gloria multa et vidit super me oculos suos
quia dixerunt ei eunuchi de me. et dixit vi-
ro suo de negociatore quoniam ditatus est
in manu iuvenis hebrei. dicunt enim
quomodo furto sublatus sit eis de terra chana-
an. Nunc ergo fac cum eo iudicium iuvenem
affer in dispensatorem tuum quia et benedicat te

Deus hebreorum quoniam gratia ex celo est in i-
pso. Putiphar vero persuasus verbis ipsius
iussit adduci negociatorem et dixit ei Quid
hec audio quod furaris animas de terra hebre-
orum in pueros vendens. Cadens vero in fa-
ciem suam negociator rogabat dicens Rogo
te domine non novi quid dicis. Ille vero
ait unde tibi ergo puer hebreus
et dixit hismahelite commendaverunt in
eum usque revertentur. Non credidit ei sed nudum
iussit flagellari ipsum. Sustinente vero eo dixit
putiphar adducatur iuvenis et adductus
adoravit principem eunuchorum. tercius
enim erat in dignitate apud pharaonem
habens uxores et filios et concubinas et
ne ab ipso dixi Servus es vel liber et di-
cebam servus et dixit ad me cuius es ser-
vus et dico ei hismahelitarum et iterum
dixit michi qualiter ipsorum effectus es
servus et dicebam quod ex terra chanaan
emerunt me. ille vero non credidit dicens
quod mentiris et nudum iussit me flagellari
Memphitica vero vidit per fenestram fla-
gellatum me et mittit ad virum suum di-
cens iniustum est iudicium tuum quoniam
et furatum liberum punis ut iniuste age-
rem ut ante non mutavi cum flagellatum
me iussit custodiri usque veniant ad eum
et uxor eius dixit ad eum propter quid detines
captivum puerum quem oportuit magis esse
dimissum et servire. voluit enim me videre
in desiderio peccati et ignorabam de omnibus his
post viginti et iii periodos venerunt his-
mahelite et audientes quod pater meus Ja-
cob est constatus de me dixerunt ad me quid
est quod dixisti te esse servum et ecce cognovimus
quoniam filius magni viri es in terra chana-
an et constatur pater tuus in sacco et cinere
Volui lacrimari et continui memetipsum ut non
confunderem fratres meos et dixi Ego non novi
servus sum. tunc consiliabant tibi vendere
me ut non invenirer in manibus eorum
timuerunt enim Jacob ut non faceret in eis
vindictam. Tunc dixit negociator solvite
audivi putipharis quod et fecerunt. Memphi-
tica vero ostendit viro suo ut emeret me au-
dio enim ait quod vendunt eum et misit
eunuchum ad hismahelitas et petiit me
in venditorem. eunuchus vero cum certasset
cum eos ostendit domine sue quoniam mul-
tum precium petunt. Illa vero misit alterum
eunuchum dicens Et si duas minas pe-
tunt attendite de non parce auro plen
emens puerum adducite. Qui dat eis lxxx
aureos pro me centum dicens egiptie da-
tos esse pro me et videns eos silui et non
exquireretur eunuchus. Videte filii quanta
sustinui ut non confunderem fratres meos et vos
ergo diligite invicem in longanimitate delicta
enim vos in concordia fratrum. Et quomodo vene-
runt fratres mei in egiptum ut cognoverunt quia
reddidi argentum eis et non exprobavi
sed et consolatus sum eos et post mortem Jacob
abundantius dilexi eos et omnia quecumque
iussit ex abundanti feci et mirabantur. Non

cum dimisi eos tribulationes vestras ad gaudium tez et
omne quod erat in manu mea dedi eis filii eo-
rum filii mei anima eorum anima mea et
omnis eorum dolor eorum dolor meus et
omnis infirmitas eorum infirmitas mea terra
mea terra eorum consilium meum consilium
eorum et non exalto me ipsum in eis in superbia
propter mundanam gloriam meam sed eram in eis sicut
minor unus. Si ergo et vos ambulaveritis in
mandatis domini exaltabit vos hic et benedi-
cet vos in seculo et si voluerit quis malefa-
cere vobis vos in benignitate orate pro
eo et ab omni malo liberabimini per dominum.
Ecce videtis quod propter longanimitatem in filiam ducis
meorum accepi in uxorem et centum talenta
auri data sunt mecum quia mihi servire fe-
cit et pulchritudinem dedit mihi ut flores super
pulchros Israel. Et custodivit me usque in
senectute in virtute et pulchritudine quoniam ego
similis in omnibus Jacob. Audite filii mei
que vidi somnia. xii cervi pascebantur
et ii divisi sunt et dispersi sunt in terra
Israel. Similiter et tres. Et vidi quod ex Juda
nata est virgo habens stolam byssinam et ex
ipsa prodiit agnus immaculatus et a sini-
stris eius ut leo et omnes bestie impetum
fecerunt adversus eum et vicit eas agnus
et perdidit eas in conculcationem et gaudebant
in eo angeli et homines et omnis terra.
Hec autem fient in tempore suo in ultimis diebus.
Vos igitur filii custodite mandata dei et
honorate Judam et Levi quia ex ipsis orietur
agnus dei gratia salvans omnes gentes et
Israel. Regnum enim eius regnum eternum et meum
vero regnum in vobis consummabitur ut pomorum
custodia quoniam post messem non apparebit.
Novi quod post mortem meam Egiptii tribulabunt
vos sed deus faciat ultionem vestram et reducet
vos in repromissionem patrum vestrorum sed comporta-
te ossa mea vobiscum quia reductis ossibus me-
is dominus in luce erit vobiscum et Be-
lial erit in tenebris cum Egiptiis.
Et hec dicens extendit pedes suos et dor-
mivit somnum senectutis et planxerunt omnes
eum Israel et omnis Egiptus planctu magno
et non Egiptius ut proprius membris compas-
sus est et benefecit omni tempore et consilio et
re assistens.

Benjamin

Transcriptum verborum Benjamin
que exposuit filiis suis C et XX
anno vite sue et osculans dix-
it. Sicut Ysaac C anno natus est Abrahe ita et
ego Jacob. Ergo quoniam Rachel mortua est cum
peperisset me lac non habui. Balam ergo
ancilla eius. Super Rachel cum postquam pe-
perit Joseph xii annis sterilis fuit et oravit
domino xii diebus cum ieiunio et concipiens
peperit me. Valde enim pater meus dilexit Ra-
chel et oravit duos filios videre ex ipsa pro-
pter hoc sum vocatus filius dierum quod est Benia-
min. Quando ergo intravi Egiptum et recogno-
vit me Joseph frater meus dixit mihi quid
dixerunt patri meo qui vendiderant me.

Et tinxerunt et dixerunt tunicam meam sanguine
et mittentes dixerunt si tunica filii tui est
ista. Et dixit mihi Joseph. Etiam frater et cum
quando accipiebant me Ismaelite unus
ex eis exuens me tunicam dedit in perizo-
ma et flagellavit me dixit ut currerem.
Cum vero abiret ipse absconditurus ipse ve-
stimentum meum obviavit ei leo et occidit
eum et ita principes timentes vendiderunt
me sociis suis. Et vos ergo filii mei dili-
gite dominum deum celi et custodite man-
data eius imitantes bonum sanctum quoniam
virum Joseph. Et mens vestra in bonum
timete dominum et diligite proximum et non
dominabitur vobis omnis malitia et tribulatio
sicut neque Joseph fratri meo. Quanti ho-
minum voluerunt occidere ipsum et deus
protexit eum. Qui enim timet dominum et di-
ligit proximum suum ab aereo spiritu belial
non potest percuti protectus a timore dei
et ab insidiis hominum et bestiis non potest
subiugari adiutus a dilectione quam habet
ad proximum. Et enim deprecatus est Joseph patrem
nostrum Jacob ut oraret pro fratribus suis
ut non imputaret eis dominus si quid excogi-
taverunt pravum de ipso. Et ita clamavit
Jacob. O fili Joseph vicisti viscera Ja-
cob patris tui. Et amplexatus eum
per duas horas osculabatur dicens. Adimplebi-
tur in te prophetia celi de agno dei et salvator
mundi quia immaculatus pro iniquis tradetur
et qui sine peccato est pro impiis morietur
in sanguine testamenti in salutem gentium et
Israel et destruet belial et ministros eius. Vi-
dete filii viri boni finem. Imitamini in
bona mente misericordiam eius et ut vos coronas
glorie induamini. Bonus homo non habet tene-
brosum oculum miseretur enim omnibus et si sint
peccatores et si consiliantur de ipso in mala.
Ita qui bene facit vincit malum protectus
a bono. Iustos vero diligit ut animam
suam. Et si quis glorificatur non invidet. Si quis
ditatur non zelat. Si quis fortis laudat eum.
Castum credit laudat. Pauperi miseretur. In-
firmo compatitur. Deum laudat. Eum qui habet
timorem dei protegit. Diligenti deum coo-
peratur. Reprobantem altissimum admonet con-
vertit. Si habetis bonam mentem filii et ma-
li homines pacificabunt vobis et luxu-
riosi verebuntur vos convertentur in bonum.
Bona mens non habet duas linguas bene-
dictionis sed maledictionis iniurie et honoris
tristicie et gaudii quietis et tribulationis si-
mulationis et veritatis inopie et divitiarum
sed unam habet circa omnes sinceram et puram dilectionem.
Non habet visum neque auditum duplicem. In
omni quod facit vel loquitur vel videt
novit quoniam dominus respicit animam eius
et purgat mentem eius ut non reprehendatur
a deo et hominibus. Sed et belial omne opus
duplex est et non habet simplicitatem. Propterea
filii mei fugite malitiam belial quia
gladium dat obedientibus ei. Gladius
autem septem malorum mater est. Tunc primum
concipit mens per belial. Est autem primum
invidia. Secundum perditio. Tertium tribulatio

Quartum captiuitas Quintum indigencia
Sextum turbatio Septimum desolatio prop-
ter et Caym septem vindicte tradit(ur) a do-
mino Iam per c annos vnam plagam in-
duxit ei dominus Ducentis autem quingentis
et nongentesimo anno desolatur in dilu-
vio propter Abel iustum fratrem eius et septin-
gentis annis iudicabatur Caym Lameth (?)
vero in septuagesies septies quia vos
in sclm assimilari Caym in inuidia
in odium fratrum eadem pun(i)cione iudicabantur
Et vos ergo filii mei maliciam fugite in-
vidiam et odium fratrum et adherete bo-
nitati et dilectioni Intellego autem et credo
in vobis non bonos futuros esse a Ser-
monibus Enoch iusti fornicabimini
enim fornicationem sodomorum et peribitis vos
quasi adhuc et renovabitis in mulieribus
motum mordinatos (?) et regnum dei non erit
in vobis quia confestim ipse auferet regnum
et duodecim tribus illuc congregabuntur
et omnes gentes vestras altissimus. mittet
salvatorem suum et visitatorem vnigeniti
et ingredie(tur) in primum templum et illuc do-
minus iniuriam patietur et contenetur et in
ligno exaltabitur et erit velum
templi scissum et descendat spiritus dei su-
per gentes et ignis effusus et descendens
ex inferno erit ascendens a terra et celo
Cognouit autem qualis erit humilis in ter-
ra et qualis gloriosus in celo Cum autem
Joseph erat in egipto desiderabam videre
speciem eius et formam aspectus eius et
per orationes patris mei Jacob vidi enim
in die vigilans (et) noctem omnem speciem
eius Custodite ergo mandata dei usque
dominus reuelat salutare suum omnibus gen-
tibus tunc videbitis Enoch Noe et Sem
Abraham Ysaac et Jacob resurgentes a dex-
teris in exultatione Tunc et nos re-
surgemus vnusquisque super sceptrum meum adoran-
tes regem celorum qui in terra apparuit
in forma hominis humilitatis et quicumque cre-
diderunt ei in terra congaudebunt ei
Tunc et omnes resurgent et hii in gloriam
hii vero in ignominiam et iudicabit dominus
in primis Israel eam quae in ipsum est iniusti-
ciam adueniente in carnem liberatorem non
crediderunt in terra apparenti et arguat
in electis gentium Israel quemadmodum
redarguit Esau in madianitis sedu-
centibus fratres suos per fornicationem
et idolatriam et abalienate sunt a deo
facti vero filii in sorte timentium domi-
num Vos autem si ambuletis in sanctificatione
coram facie domini rursus habitabitis in
spe in me et congregabitur omnis Israel
ad dominum et non amplius vocabor lupus
rapax propter rapinas vestras sed operator
domini distribuens operantibus bonum et su-
scitabitur ex semine meo in extremis temporibus
dilectus domini audiens in terra vocem
eius cognicionem nouam illuminans gentes vos
Lux cognicionis ascendens Israel in sa-
lute et rapiens vt lupus ab ipsis et
dans synagoge gentium vestrarum consumatorem
seculorum erit in synagogis gentium

et in principibus earum et in libris sanctis eri-
scripturarum et opus de semine eius et erit elec-
tus de vestris in sclm et propter ipsum instruxit
me Jacob pater meus dicens ipse replebit de-
fectus tribus tue plebis et ut impleuit Si-
mones suos dixit Mando vobis filii
mei referte ossa mea ex egipto et sepelite
me prope patres meos et mortuus est Be-
niamin C et xx annorum in senectute bona
Et posuerunt eum in theca et nonage-
simo primo anno ante exitum filiorum
Israel de egipto ipsi et fratres eorum reduxe-
runt ossa patrum suorum in abscondito in lo-
co dictum Chanaan et sepelierunt in
Ebron iuxta pedes patrum suorum et ipsi
reuersi sunt ex terra Chanaan et habitauerunt
in egipto vsque ad diem exitus eorum de terra

Quod iudicia dei sunt incomprehensibilia vnde beato
Augustino archana dei celum perquirere quid sit et cu-
sit mortis quod sunt mortua (?) Vnde legitur
de quodam deuoto heremita Qui deum rogabat
vt sibi iudicia sua archana dei reuelaret cui an-
gelus dixit Veni post quidam tibi optata sta-
tim illis autem exeuntes in omni hospitio nocte
eternaliter satisfecerunt tractabantur vti vir religi-
osi statim ille angelus in primo nocturno quendam
calicem subtraxit sed in nocte vero eius hospiti ad-
vit sed in uno quendam reductorem eos de ponte in
profundissimum iecit sed in uno estimatem enim du-
cationis eundem sacerdoti subtraxit sed in vno quendam
iuuenem vnigenitum in senectute illis amabi-
lem iugulauit cui ille heremita dixit bone an-
gele ego te non angelum sed dyabolum puto
et ideo amplius a te nolo duci si tu nam an-
gelus esses dei tu mala pro bonis non faceres
Cui angelus dei dixit ego sum a deo missus ad
te scias ne pro quo deum rogasti et quae post me
visti videre immo cui angelus haec sunt diui-
na et archana Cui heremita dixit rogo que
et quomodo intelligam inspicere illa Ad quod angelus
dixit Ille cui calicem subtraxi et hoc iniustum est di-
fere volute in tota sua quam de illo calice de-
lectabatur quem coram hospitibus ponebat ideo tunc de
mandato dei subtraxi nam fuisset autem eius inde
tunc ecce ille non cui calicem dedi et hoc possessio
et iniustus de deo cogitans et ideo illi eum tradidi
ad saluandum quam ipse vel dictatum et futurum bonitatem
habuit nisi ista hic indaua (?) ita quod ad te vir de-
lectum et de hoc venientium Sed ille cui reductorem
vestrum summisi et hoc hic sed ille non sed reductoris
erat eum adoptiuo cui ipse omnem suam substanciam
quam multam habuit non legauerat erat in tercius
ille vnde idem reducens cogitauerat et eo
possideat in anno sine eam oculte bustagem
propter bona post eum relinquenda et ideo non sub-
misi preparatum scelus perpetrare sed eum in aquam
traxi et animam in paradisum recepi et hoc de voluntate
et ex mandato Ille autem cui calicem abstuli erat
quondam deuotus et circa diuina peragendo attentus sed
postquam peccuniam adquisiuit ex tunc sperans
in illis nolebat iam et diuina diligenter atten-
tare sed intendebat quod sequitur vnde hec (?) qo
putaui ducendo ad priorem naturam Iste vero quod
eum vnigenitum suffocaui et animam eius in
paradisum duxi viuat dum non habens plenum
erat pauperes vna et quam plures elemosinas
opulentissimus adonaliter post quod ille sus-
ceptus subtraxerat nati ab illius bona sua
quasi auarissime concupiscendo propter eum Vnde illi
mandat et iussit vt in rapere et rapi-
vit ille pater vt res prius maneat in distribu-
endis elemosinis . . .

"me"

ph

p. 326

Hic incipit speculum beati augustini

Quoniam in medio laqueorum positi sumus facile a celesti desiderio refrigescimus. Continua propter assidue indigemus munimento: ut expergiscamur ad deum nostrum: verum et summum bonum cum defluimus recurramus. Ideo non presumptionis temeritate sed magna dei dilectione hunc opusculum ad laudem dei excerpsi devote ex elegantioribus dictis sanctorum patrum breve et manuale verbum de deo meo semper mecum ex cuius lectionis igne quotiens tepesco in eius accendar amorem.

Adesto michi deus meus quem quero quem diligo quem corde et ore confiteor: et omni virtute laudo et adoro. Mens mea tibi in tuo amore suspensa tibi suspirans ardet in tuo amore. Te solum videre desiderans nichil aliud sibi inhians. Te solum videre desiderans nichil aliud sibi dulce nisi de te loqui: de te audire: de te scribere: de te conferre: tuam gloriam frequenter sub corde meo revolvere: ut tua suavis memoria sit inter hos turbines aliqua respiratio mea. Te igitur invoco desiderantissime: ad te clamo clamore magno in toto corde meo. Etenim omnino non essem nisi esses in me et ego essem in te. Tu in me es, quia manes in memoria mea. Ex qua cognovi te, et in ea invenio te cum reminiscor tui et delector in te. Ego ... de quo omnia per quem omnia. Tu celum et terram imples omnia portans sine oneratione. Omnia imples sine inclusione semper agens semper quietus colligens regens et nutriens et tibi nichil deest: amas nec estuas, zelans et securus es, penitet te et non doles, irasceris et tranquillus es, opera mutas et non mutas consilium. Recipis que invenis et numquam amisisti. Numquam inops et gaudes lucris. Numquam avarus et usuras exigis. Semper erogatur tibi ut debeas. Et quis habet quicquam nisi tuum? Reddis debita et nulli es debens. Donas debita et nichil perdis. Qui ubique es totus. Qui sentiri potes per deus et videri non potes. Qui nusquam dees et tamen ab iniquorum cogitatione longe es. Nec ibi dees ubi longe es, quia ubi non es per gratiam ades per vindictam. Qui ubique presens es et inveniri vix potes. Quem stantem sequimur et apprehendere non valemus. Qui tenes omnia, imples omnia, circumplecteris omnia, sustines omnia. Qui corda fidelium doces sine strepitu verborum. Qui locis non comprehenderis nec temporibus variaris nec habes accessus et recessus. Qui habitas lucem inaccessibilem, quem nullus hominum vidit nec videre potest nisi in te manens. Qui ubique es totus et quietus. Non enim scindi vel dividi potes, quia vere unus es, nec in partes efficeris, sed totus totum tenes, totum illustras et possides. Si totius mundi libri repleantur, tua scientia inenarrabilis non potest enarrari. Qui indicibilis es et nullo modo circumscribi potes nec concludi. Tu es fons lucis divine et sol claritatis eterne. Magnus enim es sine quantitate, et ideo immensus. Bonus sine qualitate, et ideo summe bonus. Et nemo bonus nisi tu solus. Cuius voluntas opus est. Cui velle posse est. Qui omnia que ex nichilo creasti sola voluntate fecisti. Qui omnem creaturam tuam absque indigentia aliqua possides et sine indigentia gubernas et absque tedio regis. Et nichil est quod conturbet ordinem imperii tui vel in summis vel in imis. Qui in omnibus locis sine loco haberis et omnia contines sine ambitu. Et ubique presens es sine situ et motu. Qui mali auctor non es, quod facere non potes. Qui omnia potes nec umquam te fecisse penituit. Cuius bonitate facti sumus et iustitia penam luimus et clementia liberamur. Cuius omnipotentia eterna gubernat et regit et implet que creavit. Nec ideo te omnia implere dicimus ut te contineant, sed ut ipsa potius a te contineantur. Nec particulatim imples omnia, nec ullatenus ita putandum est ut unaqueque res pro magnitudine portionis sue capiat te, id est ut maxima maius et minima minus. Cum sis potius ipse in omnibus sive omnia in te. Cuius omnipotentia omnia concludit nec evadendi potentiam tuam quis aditum invenire poterit. Quem enim te non habet placatum nequaquam evadet iratum. Te igitur clementissime invoco in animam meam, quam preparas ad capiendum te ex desiderio quod inspiras ei. Intra ergo in eam et coapta eam tibi, ut possideas illam quam fecisti. Cupio ut habeam te ut signaculum super cor meum. Cupio te piissime ne deseras te invocantem. Etenim priusquam te invocarem me vocasti et quesisti ut servus tuus te quererem. Querendo invenirem et inventum amarem. Quesivi et inveni te domine et amare desidero. Auge desiderium et da quod peto. Quia si omnia que fecisti dederis michi non sufficit servo tuo nisi teipsum dederis. Da ergo teipsum deus meus, redde michi te. En amo et si parum est amem validius. Tuo ergo amore teneor, tuo desiderio flagro, tua dulci memoria delector. Ecce dum michi mens mea suspirat tuam ineffabilem pietatem meditatur, ipsa carnis sarcina minus gravat. Cogitationum tumultus cessat. Pondus mortalitatis miserie more solito non hebetat. Silent cuncta, tranquilla sunt omnia. Cor ardet, animus gaudet, memoria viget, intellectus lucet, et totus spiritus ex desiderio visionis tue accensus in invisibilium amorem se rapi videt. Estimat spiritus meus pennas ut aquile, volet et non deficiat et premat vesper ad decorem domus tue et thronum glorie tue: ut ibi super mensam refectionis superne civium pascatur. Decursus tuos in loco pascue iuxta fluenta plenissima.

Tu esto nostra exultatio qui es nostra redemptio. Salus eterna et spes. Tu esto nostrum gaudium qui es futurum premium. Te querat anima mea et tu presta ut querendo non deficiat. Ve misere anime que christum non querit nec amat. Arida manet et misera. Perdit quod vivit qui te non diligit. Qui curat vivere non propter te domine nichil est et pro nichilo est. Qui tibi vivere recusat mortuus est. Qui tibi non sapit desipit.

Misericordissime tibi me commendo, reddo et concedo, per quem sum, vivo et sapio. In te confido, spero, et totam spem meam pono, per quem resurgo, vivam et requiescam. Te cupio, diligo et adoro, cum quo manebo, regnabo et beatus ero. Anima que te non querit, te non diligit, mundum diligit, peccatis servit, viciis subiecta, numquam quieta, numquam secura. Famuletur tibi mens mea semper, piissime suspiret tibi peregrinatio mea. Ardeat in tuo amore cor meum. Requiescat in te deus meus anima mea. Contempletur te in mentis excessu et cantet laudes tuas in iubilatione. Et hec sit in hoc exilio consolatio mea. Confugiat anima mea sub umbra alarum tuarum ab estibus cogitationum huius seculi. Requiescat. Respiret in te cor meum, cor mare magnum tumens fluctibus.

Dives omnium bonorum et dapis superne satietatis opulentissime largitor, da escam lasso. Collige dispersum, libera captivum, reintegra scissum. En stat ad hostium et pulsat. Obsecro per viscera misericordie tue in quibus visitasti nos oriens ex alto, iube pulsanti misero aperiri, ut liberis gressibus introeat ad te et requiescat in te et reficiatur de te pane celesti. Tu es enim panis et fons vite, tu lumen claritatis eterne. Tu omnia ex quibus vivunt iusti qui diligunt te deus, lumen cordium videntium te, et vita animarum te amantium, et virtus cogitationum te querentium, ut soli tuo amori inhereant. Eorum rogo in cor meum et ab ubertate voluptatis tue inebria illud, ut obliviscatur ista temporalia

meo et tuo te in voco temetipsum

Tedet et piget me ista pati carnalia mundus
iste agit. Triste est michi deus meus quod vi-
deo grave quod de transitoriis audio. Adiuva
me domine deus meus et da leticiam in corde
meo. Veni in me ut videam te. Sed angusta
est domus anime mee quo venias ad
me. Dilatetur a te. Ruinosa est refice eam.
Habet ea que offendant oculos tuos fateor
et scio. Sed quis mundabit eam aut cui alteri
preter te clamabo. Ab occultis meis munda
me domine et ab alienis parce servo tuo. Fac
me dulcis Ihesu bone Ihesu fac me rogo amo-
re et desiderio tuo deponere omne carnalium
desideriorum et cathenam concupiscenciarum. Dominet-
rogo carni mee anima, anime ratio, rationi
gratia tua. Et me exterius et interius me
subde voluntati. Tribue michi ut laudet
te cor meum et lingua mea et omnia ossa mea.
Dilata mentem meam et attolle intuitum
cordis mei ut vel rapida cogitatione spiritus
meus attingat te eternam sapientiam super
omnia manentem. Dissolve me oro a
vinculis quibus astrictus teneor ut relin-
quens omnia ista ad te festinem tibi soli
inhereatur: soli intendam.

Felix anima que terreno resoluto car-
cere libera celum petit. Secure te dul-
cissimum dominum facie ad faciem cernit.
Iam nullo metu mortis afficitur sed de in-
corruptione perpetue glorie letatur. Tranquilla
est et secura. Non timet hostem neque mortem.
Habet te pium dominum quem diu quesivit
semper et amavit. Hymnidicis sociata choris
melliflua perpetue solempnitatis carmina
ad laudem glorie tue rex Christe in eternum con-
cinit. Inebriabitur ab ubertate domus tue
et torrente voluptatis tue potabis eam. Felix
societas supernorum civium et gloriosa solempni-
tas a te redeuntium ab huius nostre peregri-
nationis tristi labore, amenitatem pulchritu-
dinis tocius, splendoris formositatem atque di-
gnitatem tocius elegantie iugiter tui cives
cernunt. Nichil omnino quod conturbet mentem.
Sancte cantica, sancte organa, sancte cantile-
ne, sancte melodie ibi sine fine decanta-
tur. Sonant semper melliflua organa su-
avissima angelorum melodia canticum
canticorum miram ad laudem et gloriam tuam
a supernis civibus in perpetuum decantatur. Ama-
ritudo et omnis fellis asperitas in regione
tua locum non habet. Non enim est ibi ma-
lum nec malicia. Non est adversarius nec
impugnans nec est ibi ulla peccati illecebra.
Nulla est ibi indigencia nullus defectus
impetus nullus conflictio nulla timor
nullus nulla inquietudo nulla pena
nulla dubietas nulla violencia nul-
la discordia sed pax, caritas, plena iu-
bilatio et laus dei eterna. Secura sine fine
requies et gaudium semper in spiritu sancto.
Fortunatus ego si audiero iocundissimas
supernorum civium cantilenas, carmina mel-
liflua, laudes summe trinitati debito hono-
re promerenda. Sed nimium felix si ego
ipse promeruero cantare canticum de dul-
cibus canticis Syon.

O vita vitalis, vita sempiterna et
sempiterne beata, ubi gaudium
sine merore, requies sine labore,
dignitas sine tremore, opes sine a-
missione, sanitas sine languore, abundan-
tia sine defectu, vita sine morte,
perpetuitas sine corruptione, beatitudo sine
calamitate, ubi omnia bona in caritate
perfecta, ubi species et visio facie ad
faciem, ubi plena scientia in omnibus et per
omnia, ubi summa dei bonitas cernitur
et lumen illuminans a sanctis glorificatur,
ubi presens dei maiestas conspicitur et huius
vite cibo sine defectu intuencium saciatur.
Vident et videre desiderant, et sine anxietate
desiderant. Et sine fastidio saciantur. Ubi
verus sol iusticie mira specie pulchritu-
dinis cives reficit. Et ita universos cele-
stis patrie cives illuminat ut luceant
ipsi lumine vite licet illuminati per deum
summe illuminantes, ultra omnem nostri solis
splendorem atque cunctarum stellarum claritatem
immortali adherentes deitati. Et per hoc
immortales et incorruptibiles sunt iuxta
promissionem domini salvatoris: pater quos
michi dedisti volo ut ubi ego sum et illi sint
mecum, ut videant claritatem meam, et omnes
unum sint sicut tu pater in me et ego in te
et ipsi in nobis unum sint.

O regnum celorum, regnum gloriosum, regnum
carens morte et vacans fine. Cui nulla
tempora succedunt per evum, ubi conti-
nua sine nocte dies nescit habere tempus.
Ubi victor miles hymnis ineffabilibus cumu-
latur, nobile perpetua caput amplexan-
da corona. Utinam remissa peccatorum mole
me ultimum finem Christi iuberet divina pie-
tas hanc carnis sarcinam deponere, ut in
tue civitatis gaudio requiescendum transi-
rem, supernorum choris sanctissimis inter-
essem, cum beatis spiritibus glorie conditoris
assisterem, presentem Christi vultum cernerem, nullo
mortis metu tangerer, sed perpetua immor-
talitatis incorruptione securus gauderem,
et scienti omnia coniunctus essem, ignorancie
cecitatem amitterem. Terrena cuncta parvipen-
derem, convallem lacrimarum istam intueri
vel reminiscere dedignarer. Ubi vita la-
boriosa, vita corruptibilis, vita omni ama-
ritudine plena, vita domina malorum,
ancilla inferorum: quam humores tumidant,
dolores extenuant, ardores exsiccant, esce
inflant, ieiunia macerant, ioci solvunt,
tristicie consumunt, sollicitudo coartat, se-
curitas hebetat, divicie iactant, paupertas
deicit, iuventus extollit, senectus incur-
vat, infirmitas frangit, meror deprimit,
dyabolus insidiatur, mundus adulatur,
caro delectatur, anima excecatur, totus homo
conturbatur. Et hiis malis tantis mors
furibunda succedit, tamquam gaudiis
ita finem imponit, ut dum esse desierint
nec fuisse putentur.

Sed quas laudes aut quas regratia-
tiones tibi referre valemus deus
noster, cum nos in has tantas
mortalitatis nostre erumpnas positos
non desinis consolari, mira visitatione
gratie tue. Ecce me miserum multis me-
roribus percussum dum vitam meam timeo,
tamen peccata mea considero, dum iudicium
tuum formido, tamen horam mortis cogito,
tamen supplicia tarthari horreo, tamen opera
mea qua districtione a te pensentur
ignoro, tamen delictis et multis aliis me-
tum et in corde retracto, consolaturque me so-
lita pietate. Et inter has querelas
innumerosque ploratus de profundo corde
suspiria assumens mestam mentem meam
et anxiam super alta iuga moncium ad
areolas aromatum et colligis in loco pa-
scue secus rivulos dulcium aquarum. Ubi
preparas in conspectu meo mensam apparatu
multiplici, qui fatigatum spiritum reparavit
et cor letificat. Quibus tandem refocillatus
deliciis multarum miseriarum oblitus super
altitudinem terre in te vera pace requi-
esco. Amo te deus meus, amo te magis
amare cupio. Da o speciose pre filiis ho-
minum ut desiderem te. Et amem te tune

Cum

dolo cernere desidero. Immensus es et sine
mensura debes amari, presertim a nobis
quos sic amasti, sic salvasti, pro quibus
tanta et talia fecisti. Amor qui semper
ardes et nunquam extingueris, dulcis
Christe bone Ihesu, caritas mea, deus meus,
accende me toto igne tuo, dilectione tua,
desiderio tuo, caritate tua, iocunditate tua,
exultatione, pietate et suavitate tua, atque
bona et sacietate et voluptate est. Ut totus dul-
cedine amoris tui plenus, totus flamma
caritatis tue vaporatus, diligam te dile-
ctissimum dominum meum et pulcherrimum
in toto corde meo et tota anima mea et
ex omnibus viribus meis et omni intentio-
ne, cum multa cordis contritione et lacri-
marum effusione, cum magna reveren-
tia et tremore habens te in corde et ore
[illegible] meis semper, et ubi cumque nullus in meis ad
ulterius amoribus pateat accessus.

// itaque quod

Pulcherrime rogo te per illam sacratis-
simam effusionem pretiosi sanguinis
tui quo sumus redempti, da michi
contritionem et lacrimarum fontem, precipue
dum preces meas et orationes tibi offero, dum
hymnos preces psalmodiamque decanto, dum myste-
rium nostre redemptionis, manifestum mi-
sericordie tue inditium, recolo vel presto,
dum sacris altaribus tuis indignus as-
sisto cupiens offerre illud mirabile et cele-
ste sacrificium, sacrificium omni reverentia
et devotione dignum, quod nos tu clemens pa-
ter domine in manibus institui(sti) et offerre
precepisti in commemorationem tue
caritatis, mortis scilicet et passionis pro nostra
salute, pro cottidiana nostra [illegible] fra-
gilitate. Confortetur mens mea inter
tanta misteria dulcedine presentie tue,
sentiat te sibi adesse et letetur coram
te, ignis qui semper luces, amor qui
semper ardes, dulcis Christe bone Ihesu, lu-
men eternum, indeficiens panis vite,
qui nos reficis et in te nunquam deficis. Co-
medens cottidie, et integer semper ma-
nes. Resplende michi, accende me, il-
lumina et sanctifica vas tuum, evacua
[illegible] imple gratia, preserva et conserva
et conserva, ut ad salutem anime mee
manducem cibum carnis tue, atque
manducando te vivam per te, perveniam
ad te, requiescam in te. Et nectare tui
amoris repleantur viscera anime mee.
Ut cantet mens mea verbum bonum.
Caritas deus meus, panis vivus, dulce-
do et gaudium, fac me crescere in te,
ut sano palato possis manducari
a me. Tu vita mea qua vivo, spes
tui in [illegible] gloriam quam adipisci
desidero. Tu michi cor tene, mentem re-
ge, animum suspende in superna, ple-
na obsecro te sponsus trahe. Taceat
[illegible] tumultus carnis, conticescant fan-
tasie terre, quare aeris et poli, tace-
ant somnia et ymaginarie revelatio-
nes, omnis lingua, omne signum, et quod-
transeundo fit, sileat sibi et ipsa anima et trans-
eat se non cogitando se sed te deus meus,
quoniam tu es re vera tota spes et fiducia
mea. Est enim in te deo et domino nostro Ihesu
Christo dulcissimo et benignissimo atque cle-
mentissimo uniuscuiusque nostrum et portio
et sanguinis et caro. Ubi ergo portio mea
regnat, regnare me credo. Ubi sanguis

Mens dicatur [illegible] me sentio.
Ubi caro glorificatur, gloriosum esse me
cognosco. Quamvis peccator sim, de hac tamen
communione gratie non diffido. Sed si peccata
prohibent, substantia requirit. Et si de-
licta propria me excludunt, nature communio non re-
pellit. Non enim tam inmitis est deus
ut obliviscatur hominis et non meminerit
[illegible] quem ipse gestat. Desperare itaque po-
tuissem propter nimia peccata et vitia mea et
[illegible] et negligentias meas infinitas
quas egi et omnibus viis quibus humana
fragilitas peccare potest, nisi verbum tuum deus
caro fieret et habitaret in nobis. Sed despe-
rare iam non audeo, quia ipse subditus
ille tibi est usque ad mortem, mortem
autem crucis. Tulit cyrographum peccatorum
nostrorum et affigens illud cruci peccatum cru-
cifixit et occidit mortem. In ipso autem
securus respiro qui sedet ad dexteram
tuam et interpellat pro nobis. In Christo
confisus ad te pervenire desidero, in quo
surreximus et revivimus et iam in celum
ascendimus et in celestibus consedemus. Suavissime
[illegible] quam dulcis est memoria tua et amor.
Quanto magis in te meditor, tanto mag-
is michi dulcior. Affectus delectant me
valde bona tua [illegible] mentis intima, et
dulcissimi tui amoris affectu in loco pe-
regrinationis mee [illegible] modulo inte-
rim quamdiu huius fragilibus membris
subsisto considerare. Tuo enim iaculo caritatis
te vulneratus sum. Tuo vehementi desi-
derio flagro. Ad te pervenire desidero, te
videre cupio. Ideo super custodiam meam
stabo, et vigilantibus oculis psallam
mente et omnibus viribus meis. Factorem
et refectorem meum collaudabo. Polum
penetrabo mente et desiderio. Tecum ero et
puti quidem miseria solo corpore tene-
ar. Tecum autem cogitatione et aviditate
atque omni desiderio sum semper, quatenus
sit cor meum ubi tu es thesaurus meus,
desiderabilis et incomparabilis, multum
quam amabilis. Sed certe deus meus prestissime
atque misericordissime, tue immense
bonitatis et pietatis gloriamque considerare
volo. Cor meum non sufficit. Excedit enim
omnem sensum humane mentis. Tuum
decus, tua pulchritudo, tua virtus,
tua gloria, tua maiestas, tua caritas.
Sicut enim inestimabilis est glorie tue // tua
splendor, ita ineffabilis tue benignitatis // [illegible]
caritas, illos quos de nichilo creasti adoptas
in filios et tibi coniungis. O anima mea,
si cottidie oporteret nos tormenta pe-
ferre ipsamque gehennam longo tempore
tolerare, necesse esset ut Christum in gloria
videre possemus et sanctis eius sociari, non
esset durum pati omne quod triste
est, ut tanti boni tanteque glorie parti-
cipes haberemur. Insidientur ergo
demones, parent suas temptationes,
frangant corpus ieiunia, premant
vestimenta, labores gravent, vigilie ex-
siccent, clamet iste, inquietet me ille,
frigus incurvet, conscientia murmuret, ca-
lor urat, caput doleat, ungatur pectus,
inflatur stomachus, pallescat vultus,
infirmer totus, deficiat vita mea in

dolore, et anni mei in gemitibus. Subintrat
putredo in ossibus meis subter me ut re-
quiescam in die tribulationis et ascendam
ad populum accinctum nostrum. O que erit
illorum gloria, quam grandis sanctorum
leticia. Cum unusquisque facies ut sol ful-
gebit; cum ordinibus distinctis cum
populum suum dominus in regno patris sui ceperit
recensere et meritis atque operibus sin-
gulorum promissa premia restituet, pro ter-
renis celestia, pro temporalibus sempiterna,
pro modicis magna. Quantus vero
cumulus felicitatis erit cum dominus admit-
tet sanctos suos in visionem paterne glorie
et faciet in celestibus consedere: ut sit deus
omnia in omnibus. O felix iocunditas,
o iocunda felicitas sanctos videre,
cum sanctis esse in eternum et ultra. Debet se-
dula mente cogitemus, debet toto corde
desideremus: ut ad eos cito pervenire vale-
amus. Si queras quomodo istud fieri
potest vel quibus meritis vel quibus au-
xilijs, res ista posita est in potestate
facientis. Quoniam regnum celorum vim pati-
tur. O homo aliud precium non querit
regnum celorum nisi te ipsum. Tanti valet
quanti es. Te da et habebis illud. Christus
quidem se precio pro te se ipsum tradidit, ut
acquireret te regnum eius, ut non regnet
peccatum in tuo corpore mortali sed spiritus
in acquisitione vite.

Anima mea revertamur ad civita-
tem celestem in qua scripti sumus et cives
dei. Sicut ergo cives et domestici
dei et sicut heredes dei coheredes autem
Christi consideremus metam, huius urbis felici-
tatem quantum desiderare possibile est.
Audiamus autem cum propheta: Sicut letanti-
um omnium habitatio est in te. Fundatur
in exultatione universe terre. Non est
in te senectus nec senectutis miseria.
Non ibi mutus, neque claudus nec gib-
bosus, nec deformis, dum omnes occur-
rent in virum perfectum, in mensuram etatis
plenitudinis Christi. Quomodo hec vita be-
atius ubi non est paupertatis metus
nec egritudinis imbecillitas. Nemo ledit,
irascitur nullus. Nemo invidet. Cupidi-
tas nulla exardescit. Nullum ibi desideri-
um. Nullum honoris et potestatis pulsat
ambitio. Nullus ibi diaboli metus, insidie
demonum nulle. Terror gehenne procul.
Mors neque corporis neque anime sed vita in
mortalitatis munere iocunda. Nulla
erit ibi iniqua discordia sed cuncta con-
sona. Unitatis convenientia unaque sen-
tentia. Una est concordia, pax cuncta et le-
ticia continet. Et tranquilla sunt omnia
et quieta. Iugis splendor non iste qui
nunc est, sed tanto clarior quanto feli-
cior. Quia civitas illa ut legitur non
egebit lumine, sed dominus omnipotens
illuminabit eam. Et lucerna eius est agnus.
Ubi splendor firmamenti qui ad iusticiam
erudiunt plurimos eterna. Propter hoc ibi
nulla nulle tenebre, continuum nubi-
um nullum, nec frigoris ardorisque asperi-
tas ulla. Sed talis erit rerum temperies
quam nec oculus vidit, nec auris au-
divit, nec in cor hominis ascendit nisi eorum

qui ea sunt digni invenerint. Quorum
nomina scripta sunt in libro vite. Vere
super omnia est sociari angelorum atque ce-
lestium virtutum choris, intueri patri-
archas, prophetas videre, apostolos atque
omnes sanctos et parentes nostros. Glori-
osa sunt hec, sed multo gloriosius est
presentem dei vultum cernere, incircumscriptum
lumen videre. Super excellens gloria erit
cum deum videbimus et habebimus in nobis,
quem cernere finis non est.

Anima insignis dei ymagine illu-
stris dei similitudinem habens in se
ex deo quo admoneat stare semper
cum ipso aut redire si mota fuerit suis
affectibus immo defectibus. Et non solum
ut respirare queat in spem venie, in spe-
misericordie sed et unde aspirare audeat ad
nuptias verbi. Et cum deo inire federa societatis
atque cum rege angelorum ducere suave iu-
gum amoris. Si anima exhibeat se plene
deo per voluntatem. Cui plus est per natu-
ram diligens sicut dilecta est. Solus est amor
ex omnibus anime motibus sensibus atque affe-
ctibus in quo potest creatura correspondere auctori
vel sibi mutuo impendere vicem. Amor
ubi venerit ceteros in se traducit et capti-
vat affectus. Amor per se sufficit, per se
placet et propter se. Ipse meritum, ipse pre-
mium, ipse causa, ipse fructus, ipse usus. Per
amorem coniungimur deo. Amor facit unum
spiritum de duobus. Amor facit unum velle et
unum nolle. Amor facit suis mores com-
ponere. Primo omnia que assunt. Tam-
quam non assunt considerare. Tertio vero
loco mundi cordis acie superna et interna
conspicere. Per amorem primo in seculo conversan-
tur honesta. Postmodum et honesta se-
culi respuuntur. Ad extremum in dei intima
conspiciuntur. Deus pater caritas est.
Deus filius caritas est. Spiritus sanctus amor
patris et filii. Hec est caritas aliquid simile
requirit in nobis scilicet caritatem. Qua
velut quadam affinitate consanguini-
tatis ei sociemur et coniungamur. Amor dignita-
tem reverenciamque nescit. Cum amat ipsemet
ipsum accedit ad deum familiariter. Loqui-
tur ei nichil timens, nichil hesitans. Per-
dit quod vivit qui non diligit. Qui
vero diligit oculos suos semper habet
ad deum. Quem diligit, quem desiderat,
in quo delectatur, in quo pascitur, in quo
impinguatur. Ipse talis sic devotus ita
cantat, ita legit, in omnibus suis operibus
sic est providus et circumspectus, quasi deus
esset presens ante oculos eius. Sicut re-
vera adest quasi sic assumptus
et presentatus ante faciem magestatis sue
in excelso trono, ubi milia milium
ei administrant, et decies centena
milia ei assistunt. Amor animam quam
visitat expergefacit dormientem, et emol-
lit eam, vulnerat ad cor eius. Tenebrosa
illuminat, clausa reserat ac mentem

asperam vastabilem et impatientem miti-
gat. Sentina fugat. Carnales affectus comprimit.
Mores emendat. Reformat et renovat spiritum.
Instabiles cordis motus affectusque leves
cohercet. Hec omnia facit amor cum presens
est. Cum ad horam recesserit incipit anima
statim languescere sicut si cacabo bullienti
subtraxero ignem. Magna res est amor
quo semper anima fiducialiter accedit ad
deum tanto constanter adheret et deum famil-
iariter percunctatur. Consultat quoque de omni
re. Anima que amat illud non potest aliud
cogitare. Nichil aliud loqui. Cetera contem-
pnit. Omnia fastidit. Quicquid meditatur
quicquid loquitur amorem sapit amorem re-
dolet. Ita amor dei eam vendicavit.
Qui vult habere notitiamque dei amet: frustra
attendit ad legendum, adorandum, ad me-
ditandum: qui non amat. Amor dei
amorem anime parit et eam tendere sibi
facit. Amat deus ut ametur. Cum amat
nichil aliud vult quam amari sciens
amore ipsos esse beatos qui se amaverint.
Anima amans cunctis renunciat suis aff-
ectibus. Et tota soli intendit amori in red-
dendo amore. Et cum tota in amorem se
effuderit. Quantum est id ad illud fontis
perhennis profluvium? Non pari ubertate
fluunt amor et amans, anima et deus, creator
et creatura. Tamen si ex tota se diligunt
nichil deest ubi totum est. Non timet anima
que amat. Pavet que non amat. Anima
non amans fertur volens trahitur
desideriis, dissimulat mitis majestati,
oculos claudit. Aperit voluptati. Ponens
se in salutari et fiducialiter agens in eo
amore. Anima se extendit a corporeis sensibus
ut se se non sentiat que deum sentit. Et hoc
fit cum mens ineffabiliter dei preelecta
dulcedine quodammodo se sibi furatur
immo rapitur atque elabitur a se ipsa ut
deo fruatur ad iocunditatem. Nichil tam iocun-
dum nichil esse tam medicum demonstratur.
Amor dat familiaritatem dei, inde famili-
aritas ausum, ausus gustum, gustus
famem. Anima quam tangit amor dei
nichil aliud potest cogitare. Nichil deside-
rare, frequenter dicens: sicut desiderat
cervus ad fontes aquarum ita desiderat
anima mea ad te deus meus. Ardens amore
venit ad homines. Venit et factus est homo
amore hominum. Deus invisibilis suis similis
factus est. Plus amore vulneratus propter
delicta nostra. Tuta et firma requies in-
firmis est peccatoribus in vulneribus salvatoris.
Securus illuc habito. Patent mihi vi-
scera per vulnera. Quicquid ex me mi-
hi deesse video usurpo mihi ex visce-
ribus domini mei qui misericordia affluunt
nec desunt foramina. Patet mihi ar-
chanum cordis. Patet mihi magnum pi-
etatis sacramentum. Patent mihi vi-
scera misericordie dei mei quibus nos visitavit
oriens ex alto. Viscera ipsius plena sunt
misericordia, plena pietate, plena
dulcedine et caritate. Foderunt manus
eius et pedes eius latus lancea perfora-
verunt. Per has rimas licet mihi gu-
stare quam suavis deus meus quam re-
vera suavis et mitis et multum miseri-
cors omnibus invocantibus eum in veritate
omnibus inquirentibus et maxime dilige-
ntibus eum. Copiosa redemptio data est
nobis in vulneribus salvatoris nostri. Ma-
gna multitudo dulcedinis, plenitu-
do gratie, et perfectio virtutum. Cum pulsat
aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulne-
ra Christi. Cum me premit caro mea recor-
datione vulnerum domini mei resurgo. Cum
dyabolus parat insidias, fugio ad
viscera misericordie dei mei et recedit a me.
Si ardor libidinis moveat me recor-
datione filii dei extinguitur. Et in omni-
bus adversitatibus non inveni tam efficax
remedium quam vulnera Christi. In illis dor-
mio securus et requiesco intrepidus. Christus
mortuus est pro nobis. Nichil tam pronum
ad mortem, quod morte Christi non salvatur.
Tota spes mea est in morte domini mei. Mors
meritum meum. Salus mea, vita et
resurrectio mea. Miseratio domini non est
mihi inops, quamdiu ille misertus fuit.
Et si misericordie domini multe sunt, multus sum
ego in meritis. Et quanto ille potentior ad
salvandum est, tanto ego securior. Peccavi
peccatum grande, multorum mihi conscius
sum delictorum. Nec sic despero quia ubi
habundavit delictum superhabundavit
Nota gratia. Qui de venia peccatorum desperat
negat deum esse misericordem. Magnam
iniuriam deo facit, tamen de eius misericordia
diffidit. Quantum in se est negat deum
habere caritatem et potestatem. In quibus est
tota spes mea consistit, scilicet in caritate ado-
ptionis, in veritate promissionis, in potestate
redemptionis. Murmuret iam quantum
voluerit insipiens mea cogitatio dicens:
Quis enim es tu aut quanta erit gloria
tua et quibus meritis illa expectare
speras? Et ego fiducialiter respondebo: Scio
cui credidi quia in caritate nimia ado-
ptavit me in filium. Quia verax est
in promissione, potens in exhibitione et
licet ei facere quod vult. Non possum ter-
reri multitudine peccatorum si mors
domini in mente venerit. Quia peccata mea
illam vincere non possunt. Clavi et lan-
cea clamant mihi quod vere reconcili-
atus sum Christo si eum amavero. Longi-
nus aperuit mihi latus Christi lancea
et ego intrabo et requiescam ibi securus.
Qui ergo timet amet, quia caritas
foras mittit timorem. Nullum tam potens
et tam efficax est medicamentum contra ar-
dorem libidinis quam mors domini mei.
Extendit brachia sua in cruce et ex-
pandit manus suas paratus in am-
plexum peccatorum. Inter brachia salvato-
ris mei et vivere volo et mori cupio.
Ibi securus decantabo: Exaltabo te domine
quoniam suscepisti me. Rex salvator caput
inclinat in cruce ut oscula daret dile-
ctis suis. Totiens deum osculamur quo-
tiens in amore eius compungimur.
O anima insignita dei imagine, re-
dempta Christi sanguine, desponsata fide

571
170

Dotata sponso, ornata virtutibus, deputata
cum angelis, dilige illum a quo tantum
dilecta es. Intende illi qui tibi intendit.
Ama quaerentem te, ama amatorem tuum
a quo amaris. Cuius amore praeventa
es. Quia est causa amoris tui. Ipse est
initium, ipse principium, ipse fructus, ipse ...,
ipse finis. Esto sollicita cum sollicito, cum
vacante vacans. Cum mundo munda,
cum sancto sancta. Qualem te parere
deo talis oportet, ut appareat tibi deus.
Suavis et mitis et multae misericordiae suaves
et mites et dulces et humiles et miseri-
cordes requirit. Ama illum qui eduxit
te de lacu miseriae et de luto faecis.
Elige illum amicum prae omnibus amicis
tuis, quia cum omnia subtracta fuerint
tibi solus fidem servabit in die sepul-
turae tuae. Cum amici tui recesserint a
te, ille te non derelinquet, sed tuebitur
te a rugientibus praeparatis ad escam. Et
perducet te per ignotam regionem
atque perducet te ad plateas Syon. Et
ibi collocabit te cum angelis ante fa-
ciem maiestatis suae, ubi audies illud
angelicum melos. Ubi est canticum
laetitiae, vox exultationis et salutis. Gra-
tiarum actio et vox laudis, alleluia in
perpetuum. Ubi est cumulus felicitatis
supereminens, ubi superhabundans
laetitia et omnia bona. O anima mea,
suspira ardenter, desidera vehementer
ut pervenire ad illam supernam civitatem
possis, de qua tam gloriosa dicta
sunt, in qua sicut laetantium omnium ha-
bitatio est. Attamen amore ascendere po-
tes. Amanti nihil difficile. Anima
quae amat ascendit frequenter et cur-
rit familiariter per plateas civitatis
caelestis, visitans patriarchas et pro-
phetas, salutans apostolos, admirans
exercitus martyrum et confessorum, choros
et virginum speculando etc.

O anima mea, si vis amari a deo,
reforma in te imaginem suam
et desiderabit te. Considera ergo
trinitatis ad imaginem suam te creavit
creator tuus, quod nulli aliis creatu-
ris donavit, ut in tanto eum arden-
tius diligeres quanto mirabilius ab
ipso conditam intelligeres. Considera ergo
nobilitatem tuam. Quia sicut deus ubique
est totus, omnia vivificans, movens
et gubernans. Et sicut deus est, sapit
et vivit, ita tu secundum modum tuum esse vivis
et sapis. Et sicut in eo sunt tres personae,
pater et filius et spiritus sanctus, sic tu habes
tres virtutes, scilicet intellectum, memoriam
et voluntatem. Et sicut ex patre generatur
filius et ex utroque procedit spiritus sanctus,
ita ex intellectu generatur voluntas
et ex his ambobus procedit memoria.
Et sicut deus est pater, deus est filius,
deus est spiritus sanctus, non tamen tres dii
sed unus est deus, tres personae, ita et anima
intellectus anima, voluntas anima,
memoria, non tres animae sed una est
anima et tres vires quibus animae

viribus quasi excellentioribus debemus
deum diligere. Diligamus eum toto corde,
tota anima, tota mente, id est toto affectu
sine defectu, cum discretionis intuitu.
Nec solus deus sufficit intellectus ad
beatitudinem nisi sit in amore eius
voluntas. Immo haec duo non suffici-
unt nisi memoria addatur, scilicet quod
semper in mente intelligentis et vo-
lentis maneat deus. Et sicut nullum
potest esse momentum quo homo non frua-
tur dei bonitate et misericordia, ita nullum
sit momentum quo eum praesentem non ha-
beat in memoria etc.

Intellige dignitatem tuam, nobilis
creatura, quia non solum insigni-
ta es dei imagine, verum et simi-
litudine decorata. Sicut enim creator tuus
qui te ad similitudinem creavit est ca-
ritas, bonus, iustus, suavis et mitis
et patiens, et misericors et cetera insi-
gnia quae de deo leguntur, ita tu creata
es ut caritatem haberes et esses munda
et pulchra, sancta et decora, apta et
humilis. Quanto plures virtutes in te
habes, tanto propinquior deo eris. Et
maiorem tui conditoris geris similitudinem.
Quid maius tibi facere poterat Christus
quam ut te ad similitudinem suam con-
deret factor tuus, et eisdem virtutum
insigniis te ornaret quibus ipse ornatus
est. Attende ergo diligenter primo quid di-
... excellentiam. Et veneratio-
nis tuae sanctae trinitatis imaginem in teipsa
agnosce, adorna te nobilitate morum,
exercitio virtutum, dignitate meritorum,
et quam apparebit qualis sit. Tunc ei appa-
rere possis dilecta in pace sibi quiete. Et
vere, qualem te paraveris deo recipere, et
talis appareat tibi deus. Si ergo natura
pulchritudinis tuae in te paraveris co-
... ipse est
... tuus, sponsus
deus tuus, ipse amicus tuus ... dominus
frater et filius. Et ipse dixit: quicumque
fecerit voluntatem patris mei qui in
caelis est, ipse meus frater, soror et ma-
ter est. Audi quo vinus et sapientia patris
et filius est patris. Voluntas hominis
nihil est quam quaedam proles mentis.
Si iungitur est voluntas et patris, idem
est filius tuus et filius patris. Veritas
et sapientia. Voluntas corde concipitur
et ex corde generatur. Si ergo idem vis
quod pater, eiusdem fi-
lii sapis quod pater. Vel est ut filius
eius habes quem et pater. Ideo pater
pater. Sed mater non tuo merito sed dono dei
et mater non ... potes namque eum gignere in corde tuo
et in corde alieno. Potes enim concipe-
re a corde tuo et a corde alieno intellectu
gignitur cum veritatem intelligis vel
aliud intelligere facis. Christum gignis. Nosti
voluntatem dei, consenti ei et concepisti.
Amando gignis, es pater cum concipis

"Habe"

es mater amando pervenit sperando
intus dic in potestate cuiusque relinquitur
ut pater tonte filius vel mater efficiatur
maledicta ergo sterilis que non parit
et nec talem filium procreare potuit vero sterilis
maledicta que non gignit, quia non
eque in nostra potestate consistit veritatem
intelligere et veritati consentire. Vero enim
veritatem intelligo, cum volo intellige-
ti autem semper consencio si volo. Velle
tamen non possum nisi gratia dei fuit
mentum. Nulla est enim ~~[illegible]~~ humana in-
dustria sine gratia dei. Denique primus homo
peccavit ne homo per libidinem perdidit
pariter et arbitrii vigorem. Sed ne electorum
re non esset nostrum ut emendaremus
peccatum in nobis namque manet adquiescere
donum salutem arbitrii et voluntatis ra-
tionabilis libertas. Sed admonente
nos deo et invitante ad salutem, ut
eligamus et sequamur. Propterea est animi
divine aspirationi acquiescere, et que
ad salutem nostram pertinent eligere
et sequi. Cuius ergo muneris est ut possi-
mus adipisci quod sequendo cupimus
consequi. Nostre potestatis et ignavie est
ut labamur. Solicitudinis vero nostre
est celestis pariter adiutorii ne labamur.
Felix homo qui sic sapienter ambulat
ne cadat, aut si ceciderit ut statim
resurgat. Felicior vero est qui numquam
cecidit. Felicissimus autem qui iam cum
Christo regnat. Felix homo est cui Christo cum
voluerit licet sibi esse filium dominum. O
quanta est dignitas hominis filium
esse dei et quanta humilitas omnipo-
tentis hominem esse patrem et quanta
est nobilitas anime sponsum celum habere
sponsum.

Suscitata ergo anima et veri sponsi a-
micitia adventum dilecti sui primo
cum desiderio semper debet inhia-
re et parata atque expedita esse, ut pul-
santem amicum absque ulla dilatationis
mora possit suscipere et vocanti cum
omni alacritate occurrere. Ne subito
in opinate adveniens minus prepa-
ratam minus ornatam inveniat. Ne dum
exclusus divina consolatio ullam
molestiam sustineat. Aliud est enim
ipso intrare atque aliud est cum ipso exi-
re. Ibi anima ad semetipsam revertitur
ubi cum dilecto suo usque ad intima cordis
sui penetralia ingreditur. Sed si extra
semetipsam ducitur ad sublimia sub-
levatur. Aliud namque est eius intro-
ire nisi se totam in se ipsam colligere. Quid
vero est eius exire nisi se extra se ipsam
effundere. Nichil est aliud animam cum
dilecto suo in cubiculum ingredi et so-
lam cum solo morari in dulcedinis plena
sui exteriore omnino oblivisci, et in eius
dulcedine sui ne ac intime delectari.

Sed solam cum dilecto se videt, quando exte-
riore omnino oblita, et ipsa contemplatione et
dilecti sui ad dilectionem, et ad dilectum
suum pergit et excessus que in intimis suis
operatur, animum suum in divinum affectum
inflammat. Et tam calore quam dulcore
maiore contemplatione sui in gratiarum
actionem assurgit. Et hinc propensa
gratia regit per indulta venia intime
devotionis victimas persolvit et tunc
usque in intimum dilecto coniungitur et in
intimo collocatur, quando ex intimo
affectu diligitur. Cogita quid sit quod
in vita tua ardencius dilexisti, an pri-
mus concupisti carnis te dulcedinis afficiebat
ceteris omnibus suavius delectabat. Con-
sidera ergo si eandem affectus violenciam
et habundanciam sentis circa
delectationis desiderium in ardorem
superne dilectionis requiescas
amando in eius dilectione requiescas
tibi dubium non sit quod intimum illum
affectionis tue sinum dilectus nec dum tenet
at si intime dilectionis aculeus minus
at si intime affectibus minus pene-
trat in divinis affectibus quam in aliis
terat tepidius exagitat quam in aliis
affectibus penetrare vel exagitare so-
lebat. Si tantum propius vel validiorem
delectationis violenciam in intimis
tuis circa divina perceperis quam alias
exceptis suis forte adesset si fortassis ali-
quid aliud sit in quo delectari vel con-
solari possis. Certe quam diu possumus
ex alieno qualicumque recreationem vel
dulcedinem accipere non dum ardore dul-
cedinis nostrum intimum ardentissimo amo-
dilectum nostrum tenere. Satage ergo et festina tra-
nsire enim adire ad interiora secretiora
et illa cordis tui penetrabilia quecumque est adhuc
eiusmodi cum enim vere intimum
illum penetrale cordis humani. Tales re-
cessus esse fieri arte obtinere posse in ex-
cessus esse singularis amoris violencia, cum
et singularis affectum insiluerit quod ali-
quid pro affectorum evelli non posset
cum dilectione omnino evelli non posse
certe si alienam aliquam consolationem
queris vel recipis et maioris fortasse si-
ne tamen singulariter deum dilige-
non dum totaliter in mente collocat.
Si ergo non satagis eum introducere ad
intima tua et quo modo te credas vel
le vel posse sequi ad sublimiora sua.
Certum ergo tibi signum sit quecumque est cum
quod dilectum tuum minus diligis vel
ab illo minus diligeris si ad thesauros illos
accessus non dum vocari vel pervocantes
non dum sequi mereris quo modo enim
perfecte diligere si in superiore desiderio ad
superna non rapieris. Et inter gratiosos
illos tonatos mentis alienatione in il-
lius divine dilectionis inditium suum
dicitur. Non dicam vos servos sed amicos meos
quia omnia nota feci vobis que audivi
a patre meo. Satage ergo tuum deum intime
et summe diligere. Et omni hora ad divine
contemplationis gaudium summo cum desiderio
anhelare, collige te ipsum ad te metipsam
totam et in solo divinitatis desiderio requiesce

debet nimirum omnia perfecta et assiduo exercitio summe contemplationis dedita omni hora peregrinationis sue toto mentis conatu et egregiissimo summo desiderio ex pectore. Et ad divine contemplationis spectaculum quod in futura vita speramus animum suum suspendit vehementi desiderio flagitare in illud intimum videlicet quod nunc videmus per speculum in enigmate ut facie ad faciem mereamur videre.

Necesse est itaque ad cor altum ascendere et per mentis excessum divina revelatione assistere animus sic illud ad quod suspirare aut studere oporteat et ad quamlibet sublimitatem habitum animi sui componere et assuescere debeat. Nam si semel ad luciferam illam angelicam sublimitatis gloriam admissus fuerit et ad illud dulciore radiore habitaculum intrare meruerit. Ceterum intimis desideriis quam profunde suspiriis quam inenarrabilibus gemitibus eum que tunc putamus insistere quam assidua et continua recordatione et inspirata virtute credimus eum retractare mente et revolvere illam possidendi illam contemplandi dulcedinem tamquam aliquem in eandem imaginem transformem a claritate in claritatem tamquam a domini spiritu. Hec enim credimus ista quod plus semper nos metipsos videmus in eo veritate vel claritate quam plus perspeximus ad certam memoriam revocare immo non possumus. Ceterum vis aliquid in memoria teneamus et quasi per medium velud et illud in media nebula videamus nec modum quem ut ante ea videmus nec qualitatem visionis comprehendere vel recordare sufficimus. Et mirum in modum reminiscentes non reminiscimur, dum videntes non videmus, aspicientes non aspicimus et intendentes non intendimus, donec meditatione assurgamus in contemplatorem et admiratorem et in mentis alienatorem. Veritate contemplatio in hac vita inchoatur sed in futura vita iugi perpetuitate celebratur. Per veritatem contemplationis homo eruditur ad institutam, confirmatur ad gloriam; gratia contemplationis cor ab eo mundano amore mundat et sanctificat atque ad celestium amorem inflat. Qui divina inspiratione et revelatione ad contemplationis gratiam promovetur quandam dulcedinis illius future plenitudinis accipit ubi sempiterne contemplationi perpetue inherebit. Qui autem contemplationi vult vacare necesse est ut assistat requiescere non solum ab operibus malis sed etiam a vanis cogitationibus. Quieti siquidem et si stant vacare corpore minime tamen valent mente, nescientes facere sabbatum de sabbato. Et ideo non valent implere quod dicitur in psalmo: vacate et videte quoniam suavis est dominus. Vacantes siquidem corpore sed vagantes ubique corde nequaquam merentur videre quam dulcis est dominus, quam bonus Israel deus hiis qui recto sunt corde. Unde est quod hostes viderunt sabbata eorum, id est ipsa sue vacationis otia dum per cogitationes inutiles extra se per devia quoque vagantes intus sine respectu provenientis potius illuc quam per vagantur. Sic quod alia semper in diversa rapitur. Et nunc in hanc partem nunc illam distrahendo mira agilitate inglorium agit. Sic quandam sub elementis mundi. Si enim vivimus desideria nostra ultra plenius gaudia extendimus quoniam infinita sunt plura que concupiscimus quam que in hac vita comprehendere possumus. Sancta autem illa superiore spirituum multitudo desideria sua ultra gaudiorum suorum plenitudinem non extendit que felicitatis summitatem vel immensitatem comprehendere non sufficit. Est autem eorum gaudium non solum in contemplatione creatoris sed in contemplatione eius creature. Dum enim deum in omnibus operibus suis mirabilem inveniant. Et eius mirum sic ubique venerando mirantur mirabilia eius que diligunt in veritate. Itaque non solum in creaturis incorporeis sed etiam corporeis Deum mirantur unde eorum creatorem venerantur. Hec est omnia iugiter contemplantur. Contemplantes mirantur, mirantes letantur in divina gratulatione, congratulantur et de mutua visione colletantur in rerum speculatione corporalium confirmantur. Discimus et nos contemplantes mirari et mirantes contemplari. Cum illi superne beatitudinis cives que sub tempore sunt indesinenter aspiciant omnes quod in altis vident ratione et ordine comprehendunt quatinus de mutua societate indissolubili caritate in infinitum gaudeant. Et in illa divine claritatis visione insatiabiliter inardescant. Nichil est iocundius, nichil utilius gratia contemplationis. Et quanto amplius in celestium contemplatione delectaris et delectando admiraris, tanto libentius in morali diligentia perscrutaris profundius illuminaris; semper in illis invenies quid mireris et unde delecteris. Nusquam est copiosior materia admirandi, nusquam utilior causa delectandi in hiis semper quod sit tua admiratio tua delectatio nec necesse erit alia ex aliis querere et per unum hinc illinc quod cogitationum evagatione discurrere. Deus namque congruus plenitudo scientie est, plenitudo autem huius scientie plenitudo est glorie, consummatio gratie, perpetuitas vite. Ad huius vero plenitudinem scientie ca... est intima

334

potius operatione quam confirmanda in
vestigatione, precibus quam argumentis
crebris gemitibus quam reprobis argumen
tationibus, lacrimis quam sententiis, oratio
ne quam lectione. Gratia lacrimarum
quam scientia litterarum. Celestium potius
contemplatione quam terrestrium occupatio
ne delectari etc. Explicit liber augusti
ni qui speculum intitulatur. Amen. Deo gratias

Incipit soliloquiorum liber beati augustini de inefabili dei dulcedine

Cognoscam te domine cognitorem meum cognoscam
te virtus anime mee. Unde te inquam so
lator meus videam te lumen oculorum
meorum. Veni gaudium spiritus mei videam
te leticia cordis mei. Diligam te virtus
anime mee, appare mihi delectatio mea magna,
solatium meum dulce, domine deus meus, vita et
gloria tota anime mee. Inveniam te desiderium
cordis mei. Teneam te amor anime mee.
Amplector te sponse celestis, exultatio
mea summa intus et extra. Possideam te
mee cordis mei vita beata, dulcedo
summa anime mee. Diligam te virtus anime
mee, substantia mea et refugium
meum et liberator meus. Amem te deus
meus, adiutor meus, tu es fortitudo
mea et spes mea, dulcis in tribulatione
mea. Amplectar te bonum sine quo nichil
bonum. Fruar te optimo sine quo nichil
optimum. Aperi penetralia aurium mearum
vo penetrabiliori omni gladio ancipiti
ut audiam vocem tuam. Intona desuper
domine voce grandi et forti, tonet mare
et plenitudo eius. Illustra quoque oculos
meos lux incomprehensibilis, fulgura
coruscationes et dissipa eos ne videant
vanitatem. Fulmina multiplica et conturba
eos ut appareant fontes aquarum et
reveletur fundamenta orbis terrarum. Da hec
visio lux invisibilis qui te videat. Crea
novum olfactum, odor vite, qui post te in odo
rem unguentorum tuorum currat. Cura gustum qui
sapiat cognoscat et discernat quam magna
multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti
timentibus te quam plenum est cellis tue. Da cor quod
te cogitet animam que te diligat mentem que
te recolat intellectum qui te intelligat rationem
que tibi per summum dulce fortiter adhereat et te
sapientem amore sapiens diligat. O vita
cui omnia vivunt, vita que das mihi vitam,
vita que es mea vita, vita per quam vi
vo sine qua morior, per quam resuscitor sine
qua pereo, per quam gaudeo sine qua tribu
lor. Vita vitalis, dulcis et amabilis
et semper memorabilis, ubi queso es, ubi te
inveniam ut in me deficiam et in te subsistam.
Prope esto in animo, prope esto in corde, prope
in auxilio, prope in ore, quia amore langueo,
quia sine te morior, quia te recolens suscitor.
Odor unguentorum tuorum me recreat, memoria tua me
sanat, sed satiabor cum apparuerit gloria tua,
vita anime mee. Concupiscit et deficit
anima mea cum veniam et apparebo?
Et leticia mea, cur faciem tuam abscon
dis? Gaudium pacis, gaudeo. Ubi es absco
ndita pulchritudo quam desiderat anima tua? Langueo
vivo et gaudeo. Te autem non video, vocem
tuam audio et remissus sum, sed tu fa
ciem tuam abscondis forte dicens: Non
me videbit homo et vivet. Ecce domine
moriar ut te videam, videam ut hic mo
riar. Nolo vivere, volo mori, dissolvi
cupio et esse cum Christo. Mori desidero
ut videam Christum, vivere renuo ut vivam
cum Christo. Domine Iesu suscipe spiritum meum,
vita mea suscipe animam meam. Gau
dium meum letificet cor meum. Dulcis
cibe meus comedam te. Caput meum
dirige me. Lumen oculorum meorum illumina
me. Melos meum tempera me. Odor
meus vivifica me. Verbum dei recrea me.
Gloria mea letifica animam meam. Amatam
suam tu intra in eam tu summum gau
dium ut possit te consolata gaudeat.
Intra in eam dulcedo summa ut dulcia
sapiat, lumen eternum illustra super eam ut te
cognoscat intelligat et diligat. Ideo
hec enim non te diligit domine, si non diligit,
quia non cognoscit te. Et te ideo non
cognoscit quia non intelligit. Et ideo non
intelligit quia lumen tuum non comprehendit et
lux in tenebris lucet et tenebre eam non
comprehenderunt. O lux mentis, o lucens
veritas, o vera deitas que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum venien
tem quia in mundum sine non diligeret mundus.
Anima qui diligit mundum inimicus dei
constituitur. Expelle tenebras de super
faciem abyssi mentis mee ut videat
te intellectus ut cogitat te comprehendendo
ut diligat te cognoscendo. Quisquis
enim cognoscit te diligit te, obliviscitur
se amat te plusquam se, relinquit
se venit ad te ut gaudeat de te. Hinc
est quod domine ego non tantum diligo te quantum
debeo, quia non plene cognosco te. Et
quia parum te cognosco parum te diligo.
Et quia parum diligo parum gaudeo. Et
a te vero interiori gaudio per exteriora
recedo, et te solo iaceo adulterinas
amicitias in hiis exterioribus quero.
Et sic miser ego cor meum quod tibi soli
debui toto amore totoque affectu im
pendere vanis dedi et vanis effusus sum,
et vanitatem dilexi. Hinc est ergo domine
in te non gaudeo et ideo tibi non adhereo.
Anima ego in exterioribus, tu in interioribus.
Ego in temporalibus, tu in spiritualibus.
Ego in turpitudinibus animus confundor,
cogitationum vero loquacium implicor.
Et tu domine et in eternis habitas excelsitate.
Tu in celis, ego in terris. Tu diliges

vel cognitor meus

possideam te bonum summum sempiternum

et commoveatur terra et omnia que in ea sunt

alta ego infima tu celestia ego terrena
et quis poterit hec omnia comprehendere
Miser ego quis poterit obliquitas
tue rectitudini adequari Tu
domine diligis solitudinem ego multitudinem tu
silencium ego clamorem tu veritatem ego va-
nitatem tu mundicia ego immundicia sed
Quid plura domine tu summe bonus ego
malus tu pius ego impius tu sanctus
ego miser tu iustus ego iniustus tu
lux ego cecus tu vita ego mors tu me-
dicina ego eger tu gaudium ego tristicia
tu summa veritas ego vero universa
vanitas ut omnis homo vivens Heu
quid igitur O creator dicam audi
Iam perii creatura tua sed Iam
morior factura tua iam ad nichilum
redigor plasma tuum sed Manus
tue domine fecerunt me et plasmaverunt
me manus inquam ille que clavis affi-
xe sunt pro me Opus manuum tuarum
domine ne despicias me putredinem
manuum tuarum quaeso ut aspicias Ecce
in manibus tuis descripsisti me lege
ipsam scripturam et salva me ad te
suspirat tua creatura tu creator es recrea
me En ad te clamo factura tua vi-
ta es refice me en ad te respiro
tuum plasma plasmator es restau-
ra me parce michi domine nichil enim sunt dies
mei quid est enim homo ut possit alloqui
deum factorem suum parce michi in colloquio
tuo Ignosce servo qui presumit loqui do-
mino Necessitas legem non habet dolor
compellit dicere et calamitas quam pa-
tior me cogit exclamare ego egrotus
ad medicum clamo cecus sed ad lucem
propero tu es medicus tu lux tu vita
iesu nazarene fili david miserere mei
fons misericordie audi quem ad te clamat
infirmus lux que transis expecta cecum
porrige manum tuam ut ad te veniat et in lumine
et in lumine tuo lumen videat vita
vivens revoca mortuum quid sum ego
qui loquor tecum ve michi domine parce michi
domine ego cadaver putridum esca vermium
vas fetidum cibus ignis Quid sum
ego qui loquor tecum ve michi domine parce
michi loquenti tibi Infelix miser ego homo
natus de muliere brevi vivens tempore re-
pletur multis miseriis et similis factus
Comparatus iumentis insipientibus et simi-
lis factus sum illis Quid aliud ego abyssus
tenebrosa terra miserie filius ire vas
aptum in contumeliam genitus per immundi-
ciam vivens in miseria moriturus in an-
gustia heu quid sum Quid futurus
sum et quid sum sed vas sterquilinii concha
putredinis plenus fetore et horrore
cecus pauper nudus pluribus necessitatibus

subditus ignorans introitum et exitum
meum Miser et mortalis cuius dies sicut
umbra pretereunt cuius vita sicut luna
evanescit sicut flos in arbore crescit
et statim marcescit Nunc floret et statim
aret vita in qua mea vita fragilis vita
caduca vita que quanto magis crescit tanto
magis decrescit quanto magis procedit
tanto magis ad mortem accedit vita fallax
et umbratica plena laqueis mortis Nunc
gaudeo semper contristor Nunc vigeo iam
infirmor Nunc vivo statim morior Nunc
videor iam felix esse semper miser Nunc video iam
felix esse semper miser mutabilitati subiacet
flos sit quod omnia
ut nichil una hora in uno statu perma-
neat hinc timor hinc tremor hinc fames
hinc sitis hinc calor hinc frigus hinc
languor inde dolor exuberat subsequitur
importuna mors que mille modis mi-
seros homines cottidie rapit hunc in
febribus Illum opprimit doloribus hunc
consumit fames illud sitis extinguit il-
lud vero suffocat aquis hunc interimit la-
queo illud perimit flammis aliud dentibus
bestiarum vorat ferocium hunc trucidat ferro
Illum veneno corrumpit aliud vero repen-
tino motu vel terrore miserande vite
finire compellit Et super hec omnia ma-
gna miseria hominis quia cum nichil
sit certius morte ignorat tamen homo fi-
nem suum et cum stare putat tollatur
et perit spes eius Nescit autem homo quando
vel ubi vel quomodo moriatur et tamen certus
est quod eum mori oportet Ecce domine quanta ma-
gna miseria hominis in qua sum Ecce tanta
et grandis calamitas quam patior heu do-
mine ego ad te non clamo Clamabo domine ante-
quam moriar sed forte non moriar sed ante
miseriam meam dicam quod dicam miseriam meam
confitear non erubescam ante te narrabo
vilitatem meam Adiuva me fortitudo per
quam sublevor succurre lux per quam virtus
per quam sustentor Veni splendor illuminans
per quem lucem video appare gloria
per quam gaudeo appare magna et immensa lux
lux quam videbat Thobias qui clausis oculis
lucem quam videbat docebat filium vite viam lux quam videbat
Ysaac internis oculis caligantibus ex-
terioribus filio futura narravit lux interni
invisibilis cui omnes abyssi humani cor-
dis est visibilis lux quam Iacob videbat
ipsum sicut in membris eius docebat filiis
ventura predicebat Ecce tenebre sunt
super faciem abyssi cordis mei Tu es lux
Ecce caligo tenebrosa super aquas mentis
mee Tu es veritas O verbum per quod facta
sunt omnia sine quo factum est nichil verbum

quod est quia omnia unum quod nichil: verbum creans omnia, sine quo nichil, omnia verbum regens omnia. Sine quo nichil sunt omnia. Verbum quod dixisti in principio fiat lux et facta est lux: dic etiam nunc fiat lux et facta sit lux, et videam lumen et cognoscam quid non est lumen. Quia sine te michi tenebre lumen et lumen tenebre fiunt. Si enim sine tua luce non est veritas, adest vanitas. Non est scientia, adest ignorancia. Non est discretio, adest oblivio. Non est intelligentia, adest imperitia. Non est via, adest invium. Non est vita, adest mors. Ecce domine quia non est vita est mors, quo non est mors quia nichil est mors. Nam per quam ad nichilum tendimus dum nichil fieri per peccatum non formidamus. Et iuste hec dicis. Nam digna factis recepimus dum ad nichilum devenimus tamquam aqua decurrens. Quia sine te factum est nichil, et faciendo michi factus sum, quia sine te feci omnia per quem facta sunt omnia. Sine quo factum est nichil. O domine Ihesu, o deus, verbum per quod sunt omnia. Sine quo factum est nichil. Et michi domine michi quia tu lux et ego sine te totiens obcecatus. Quia tu salus et ego sine te totiens vulneratus. Quia tu vera sapientia et ego sine te totiens infatuatus. Quia tu via et ego sine te totiens deviatus. Quia tu verbum per quod facta sunt omnia et ego sine te factus sum quo factum est nichil. O domine verbum, o deus verbum, qui es lux per quem facta est lux. Qui es via veritas vita in quo non sunt tenebre, via sine qua error, veritas sine qua vanitas, vita sine qua mors. Dic verbum. Dic domine: fiat lux, ut videam lucem et vitem tenebras. Videam viam et vitem invium. Videam veritatem et vitem vanitatem. Videam vitam et vitem mortem. Illumina domine lux mea, illuminacio mea, salus mea, quem timebo. Deus meus quem laudabo. Deus meus quem honorabo. Pater meus quem amabo. Sponse meus speciose cum me sanabo, cum quo speciabo. Illumina in hanc lux divinite cecum tuum qui in tenebris et in umbra mortis sedet, et dirige pedes in viam pacis, per quam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei in voce exultacionis et confessionis. Vere confessio est via per quam ingrediar ad te. Via per quam egrediar ab exilio et redeam ad vitam. Confiteor ergo domine pater rex celi et terre miseriam meam, ut me venire liceat ad misericordiam tuam. Alioquin quippe factus sum et ad nichilum redactus sum, quam nescivi quia tu es veritas et ego non eram tecum.

Vulneraverunt me et ego non dolui, quia tu es vita et ego non eram tecum. Ad nichilum deduxerunt me, quia tu es verbum et ego non eram tecum per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nichil. Quid est nichil quod ad nichilum ducit. Omnia per verbum facta sunt et quecunque facta sunt et quia facta sunt vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. Omnia per verbum facta sunt et sine ipso factum est nichil, quia nichil bonum sine summo bono. Sed malum est ubi non est bonum, quod utique nichil aliud est nisi ipsa privacio boni. Sicut nichil aliud est cecitas nisi privacio luminis. Malum itaque nichil est quod utique sine verbo factum est, sine quo factum est nichil. Illud autem malum est quod privat illo bono per quod omnia facta sunt bona videlicet verbo per quod omnia facta sunt quecunque sunt. Et que non sunt per ipsum facta non sunt et nichil sunt, et ideo mala sunt quia facta non sunt, quia omnia quecunque facta sunt per verbum facta sunt et omnia bona facta sunt. Restat igitur quod omnia que facta non sunt bona non sunt, et ideo nichil sunt. Quia sine verbo factum est nichil. Malum ergo nichil est quia factum non est. Sed qualiter malum est si factum non est? Quia malum privacio boni est quod bonum est. Esse ergo sine verbo malum est ipsi esse nec est quia sine ipso nichil est. Sed quid est separari a verbo? Si hoc scire velis audi quid sit verbum. Verbum enim dicit: Ego sum via veritas et vita. Separari ergo a verbo est esse sine via, sine veritate, sine vita. Et ideo sine ipso nichil, et ideo malum quia separatus a bono per quod facta sunt omnia valde bona. Separari ergo a verbo per quod omnia facta sunt nichil aliud est quam deficere et ab effectu suo perire, unde factum quia sine ipso factum est nichil. Quicunque ergo a bono deviat a verbo et separat, et a quippe ipso bono, et ideo nichil efficitur, quia sine verbo est sine quo factum est nichil. Nunc domine illuminasti me ut viderem te, vidi te et cognovi te. Quia totiens nichil factus sum quotiens a te separatus sum. Quia bonum quod tu es oblitus sum, et ideo malus effectus sum. Ve michi misero ut quid hec non cognoscebam, quia te deserens nichil fiebam. Sed quid hec quod hec nichil erant quomodo cognoscere valebam. Scimus quia nichil nil est et quod nil est non est. Et quod non est bonum non est, quia nichil est. Ergo nil fui cum sine te fui, et nil fui et velud ydolum quod nichil

est et quidem aures habent et non audiunt
nares habent et non odorant oculos habent et non
vident os habent et non loquuntur manus habent
et non palpant pedes habent et non ambulant.
Et omnia lumina cuncta membrorum sine sensu
erant.
Quoniam totum quod sum sine te nihil sum sed nihil
fui. Et ideo caecus eram surdus et
insensibilis quia nec bonum discernebam
nec malum fugiebam nec dolorem mortis
vulnerum cognoscebam nec tenebras meas
videbam quia eram sine te vera luce quae
illuminas omnem hominem venientem in hunc
mundum. Deinde vulneraverunt me et non
dolui. Tractaverunt me et non sensi quia
nihil eram quia sine vita eram quae
est Verbum per quod facta sunt omnia. Heu
Domine lux mea inimici mei fecerunt
de me quidquid voluerunt pertransierunt
Nudaverunt polluerunt corruperunt vul-
neraverunt et occiderunt me quia re-
cessi a te et factus sum nihil sine te. Heu
Domine vita mea qui fecisti me lux mea
qui dilexisti me defensor vitae meae mi-
serere mei et resuscita me Domine spes
mea in te est enim fortitudo mea. Con-
solatio mea in die tribulationis meae.
Respice inimicos meos et eripe me.
Fugiant ante faciem tuam qui oderunt
te. Et ego vivam in te et propter ipsos
qui considerabant me et videntes me
sine te desperaverunt me. Diviserunt
sibi vestimenta mea divitias quibus
ornaveras me. Fecerunt sibi viam per
me viis perditionis suae calcaverunt
me sordibus peccatorum polluerunt templum
sanctum tuum. Posuerunt me desolatum et
maerore confectum. Eram per eos caecus
et nudus et illaqueatus funibus pecca-
torum. Trahebant me per se inclinatum
de vitio in vitium de luto in lutum et
ibam absque formidine ante faciem
persequentis. Servus eram et servitu-
tem amabam. Caecus eram et caecitatem
desiderabam. Vinctus eram et vincula
non horrebam. Amarum dulce, dulce
amarum credebam. Miser eram nec
cognoscebam et hoc quia sine Verbo eram
sine quo factum est nihil. Per quod omnia
confirmantur. Sine quo omnia annihilarentur.
Erant enim per ipsum omnia facta sunt et sine
ipso nihil. Sic per ipsum conservantur
universa quae sunt sive in caelo sive in terra

et in mari et in omnibus abyssis. Nec pars
parti in lapide adhaereret. Nec in aliquo crea-
torum nisi per Verbum consistentium. Per quod omnia
facta sunt adhaeream. Ecce tibi Verbum ut confitear
me quia ut a te recessi perii in me nisi tu
qui feceras me refecisses me. Caecus eram,
tu me illuminasti. Ego peccavi, tu me visi-
tasti. Ego cecidi, tu me erexisti. Ego igno-
ravi, tu me docuisti. Ego non vidi, tu me
illuminasti. Miser ego Deus meus quantum teneor
diligere te ostende mihi. Quantum debeo
laudare te demonstra mihi. Quantum debeo
placere tibi cognoscere mihi. Intona Domine
voce grandi et forti in interiorem aurem cordis
mei. Doce me et salva me et collaudabo
te qui creasti me cum nihil essem. Tu
illuminasti me cum in tenebris essem. Resu-
scitasti me cum mortuus essem. Tu pa-
scis me a iuventute mea omnibus donis
in hac vita permanentem. Pectus mitis
domini et oculus tuus. Aperi mihi o clavis
David qui aperis et nemo claudit illi tu
aperis. Claudis et nemo aperit illi
tu claudis. Aperi mihi ostium luminis
tui. Ingrediar et videam et cognoscam et
confitear tibi ex toto corde meo quia misericordia
tua magna est super me. Et eruisti animam
meam ex inferno inferiori. Domine Deus meus
quam admirabile et quam laudabile est nomen
tuum in universa terra. Et quid est homo quod
memor es eius aut filius hominis quoniam tu
visitas eum. Domine spes sanctorum et turris for-
titudinis eorum, vita animae meae per quam
vivo sine qua morior, lumen oculorum
meorum per quod video sine quo caecus sum. Gau-
dium cordis mei laetitia spiritus mei. Diligam
te toto corde meo et tota anima mea et
totis medullis meis et visceribus quia tu
prior dilexisti me. Et unde hoc mihi o cre-
ator caeli et terrae et abyssi quid donatum me
quem non indiges. Unde hoc mihi quia
dilexisti me. O sapientia quae aperis os muti-
orum. O Verbum per quod facta sunt omnia aperi
os meum. Da mihi vocem laudis tuae ut
enarrem omnia beneficia tua quae mihi
a principio dona contulisti. Ecce enim sum quem
tu ab aeterno creasti me. Et quod me cre-
ares et in numero ceterarum creaturarum mirabiliter
ab aeterno praeordinasti. Antequam quae est facta esset
a principio antequam extenderes caelos. Nec
dum erant abyssi ad hunc terram non feceras.
Non dum montes fundaveras. Necdum fon-
tes aquarum eruperant. Antequam haec omnia
tu fecisti per Verbum factis creaturam me
esse voluisti. Hoc unde mihi benignissime
Domine Deus altissime pater misericordissime
creator potentissime et semper mitissime
Rene mea merita vite mea gracia

ut complacerem ante conspectum tue magni-
ficie maiestatis. Creare me non eram
et creasti me. Nichil fueram et de nichilo
aliquid me esse fecisti. Qualem autem aliqu-
id stipulam nec ignem. Non autem ho-
piscem aut serpentem vel aliud ex brutis ani-
malibus non lapidem vel lignum vel ex eorum
genere que tantum sunt esse et crescere quoniam
sum et cresco. Et ex hiis que sunt quoniam
et sentiunt quia sum cresco et sentio.
Et paulo minus me fecisti parem angelis
in racione te cognoscendi cum ipsis a te co-
muniter accepi. Sed paulominus utique di-
xi. Nam ipsi feliciorem tuam memoriam iam
per speciem. Ego vero per speciem illi faciem ad fa-
ciem. Ego per speculum et in enigmate. Illi
plene. Ego autem ex parte tenus.

Sed enim veniet quod perfectum est eva-
cuabitur quod ex parte est. Ipsi reve-
lata iam facie tuam faciem videbimus. Nec
iam pluribus nos esse minores paulominus
ab angelis quos tu domine corporea specie que
omnia est gloria et honore coronaveris.
Quos minus quasi amicos tuos honorifi-
caveris immo per omnia pares et coequales
angelis facies. Nempe hoc veritas tua
dicit: Equales enim sunt angelis et filii dei
sunt. Quia filius hominis est factus fi-
lius dei. Hoc itaque consideranti michi fi-
ducia est dicere: Non homo minor paulo-
minus ab angelis. Non utique tantum equalis
angelis sed superior angelis. Quia homo
deus et deus homo non angelus. Et dicam
propter hoc hominem creaturam dignissimam
esse. Quia verbum quod erat in principio
deus apud deum verbum per quod dixit
deus: fiat lux / et facta / est lux angelica
id est natura. Verbum per quod deus creavit
omnia in principio. Idem verbum caro factum
est et habitavit in nobis et vidimus
gloriam eius. Ecce gloria / per quam glorior et
de gaudium / per quod gaudeo: quando
sane gaudeo in domino deus meus / vita
et gloria tota anime mee. Confitear ergo
domine deus meus / quia me creasti racionis
capacem / angelis quodammodo parem
creasti et quia perfici possum per verbum
tuum et veniam ad equalitatem angelorum
et in veniam sempiternam gloriam eorum / et habe-
am adopcionem filiorum per unigenitum
unicum tuum domine / per filium tuum dilectum
in quo tibi bene complacuit / per unum
coherentem: et consubstancialem tibi: et coe-
ternum idem cum unicum dominum: et redemp-
torem nostrum [illegible] natorem et consolatorem
nostrum / advocatum nostrum / apud te et
cum non ocultare nostrum / qui est vita et sal-
vator noster / et spes unica nostra qui

Nos dilexit magis quam se / per quem
habemus fiduciam repositam et firmam
spem apud te / et accessum veniendi ad
te racionem. Dedit potestatem filios dei fie-
ri eis omnibus qui credunt in nomine
eius / laudem tribuam nomini tuo
deus / qui me ad ymaginem et simi-
litudinem tuam creando tante glorie
fecisti susceptibilem ut possim filius
dei fieri. Cetere utique non possunt crea-
ture / non possunt lapides et similiter
omnia que moventur vel crescunt
in aere vel in mari vel in terra.
Quia non dedit eis potestatem ut
tuum filios dei fieri et racionem non
habent. Nam hec potestas in racion-
e consistit per quam cognoscimus deum unde dedit
et hanc hominibus quos creavit ra-
cionabiles / ad ymaginem et similitu-
dinem suam. Et ego utique domine per tuam
graciam homo sum et filius tuus esse
possum per graciam quod illi non possunt.
Et unde michi hoc / veritas summa veritas
et summitas / et principium omnium creatu-
rarum. Unde michi ut possim filius
tuus fieri quod illi non possunt. Tu
enim qui manes mecum creasti omnia
simul. Sine creasti homines et iumenta
lapides et virentia terre. Non precesse-
runt merita nulla eorum ante te sed
gracia: quia omnia bonitate tua cre-
asti et pares omnes creature in meli-
fuere: quia nulla premia omnium fuere
merita. Et unde ergo magna tua boni-
tas in [illegible] creatura quam fecisti racio-
nabilem / quam omnibus aliis que sunt
sine racione ante posuisti. Quare non
ego sicut ille aut cur non omnes sicut
ego aut ego solus sicut ille. Quare mea
merita. Quare mea gratia: ut me fi-
lium dei posse fieri susceptibilem creares
absit domine ut alius sentiam. Tua tantum
gratia. Tua tantum bonitas hec fecit et
gratia. Tua tantum bonitas hec fecit ut
essem particeps dulcedinis eius. Illa
igitur gracia qua me de nichilo crea-
sti. Illam queso da michi graciam ut tibi de
hac referam grates.

O omnipotens manus tua sempi-
terna: que eadem creavit in celo ange-
los / et in terra vermiculos. Nec
superior in illis / non inferior in istis.
Sicut enim / nulla manus angelum
ita nulla ~~[illegible]~~ posset creare
ita nulla vermiculum. Sicut nulla celum / ita nulla
vermiculum. Sicut nulla celum / ita nulla
minimum arboris folium: Sicut nulla cor-
pus ita nulla unum capillum album
perficere vel nigrum. Sed omnipotens
manus tua / cui omnia pari modo sunt
possibilia. Nec enim possibilius est ei cre-
are vermiculum quam angelum. Nec pos-
sibilius extendere folium quam celum. Nec
levius formare capillum quam corpus.
Nec difficilius fundare terram super

Nota

Exemplum

aquas, quas aquas fundasti super terram
et omnia que condere voluit, sicut voluit fecit
in celo et in terra et in omnibus abyssis et
me inter omnia sicut potuit, sicut et
voluit. Potuit quidem manus tua domine
me lapidem vel avem vel serpentem
vel bestiam aliquam creare, et sicut et
voluit, per suam bonitatem [illegible]
ego non lapis vel arbor vel aliqua
belua, quia sic ordinavit bonitas
tua, ut sic ordinaret, non precesserunt
merita mea etc.
Unde te michi domine unde laudem
ad laudandum te sicut fecisti me: sed
tamen sicut complacuit ante te
ita laus est tibi prime me sicut compla-
cet ante te laus tua domine tu ipse es.
Laudent te opera tua secundum multitudi-
nem magnitudinis tue [illegible] laus
tua domine incomprehensibilis est. Cor
non comprehenditur ore non in-
[illegible] ore non percipitur [illegible]
ista [illegible] et laus tua manet in
[illegible] cogitacio incipit cogitacio
[illegible] vox sonat et [illegible] auris
[illegible] et auditus [illegible] laus vestra
[illegible] stat [illegible] ego est qui te lau-
dat [illegible] homo annunciat laudem
tuam et laus tua perpetua est [illegible]
tuam et laus tua perpetua est [illegible]
ra non est et sic te laudat qui se-
ipsum laudem tuam credit et sic te laudat
qui seipsum scit in tua laude non
posse [illegible] et laus tua perpetua est
que [illegible] pertransit [illegible] est laus
nostra [illegible] laudabitur anima mea
non nos laudamus te sed [illegible] et inter
[illegible] est nobis laus vite [illegible] veram habe-
mus laudem quam a te habemus laudem
[illegible] lux [illegible] lucem [illegible]
tu vera lux [illegible] verum lucem [illegible]
tiens ab alio quam a te querimus laudem
totiens a te amittimus laudem quia
illa transitoria est sed tua eterna. Si
transitoriam querimus eternam amittimus
si eternam volumus transitoriam non
querimus. Laus eterna domine deus meus
a quo omnis laus sine quo nulla
est laus non valeo laudare te sine
te, habeam te laudabo te [illegible]
enim sum ego domine per me quod laudem
te pulvis et cinis ego sum [illegible]
[illegible] et fetidus [illegible] ego et pu-
[illegible] sum [illegible] ego sum ut laudem
te [illegible] domine deus meus fortissime
[illegible] universe [illegible] habi-
tus eternitatem unquam tenebre lau-
dabunt lucem aut vitam mors [illegible]
ego tenebra [illegible] vita ego mors [illegible]
unquam vanitas veritatem laudabit
[illegible] veritas, ego homo vanitati
similis factus [illegible] ego domine
laudabo te unquam miseria mea
laudabit te unquam fetor laudabit

[illegible] unquam mortalitas hominis
qui est hodie et cras tollitur laudabit
te unquam ceci laudabit te [illegible]
filius hominis [illegible] unquam lau-
dabit te qui in peccato genitus est et na-
tus. Non speciosa laus in ore pecca-
toris. Laudent te deus omnipotens
paciencia tua incomprehensibilis sapi-
encia tua ineffabilis. Bonitas tua
laudat te supereminens clemencia
tua superhabundans [illegible] tua [illegible]
tua [illegible] et divinitas tua
sempiterna quoque [illegible] et divinitas tua
laudet te omnipotentissima tua forti-
tudo summa quoque benignitas et cari-
tas tua [illegible] quam creasti nos [illegible]
deus vita anime mee ego autem
creatura tua sub umbra alarum
tuarum sperabo in bonitate tua qua
creasti me [illegible] creaturam quam
creavit bonitas tua non pereat in
mea miseria quod fecit summa clemen-
cia tua non pereat in malicia mea
quod operata est bonitas tua [illegible]
utilitas in creacione tua si descendero
in corrupcionem meam unquam enim vane
constituisti omnes filios hominum. [illegible]
me domine rege quos creasti opera
manuum tuarum ne despicias me fe-
cisti ex nichilo si me non regis domine
tunc revertor ad nichilum sicut enim
[illegible] non eram et de nichilo fecisti me sic
si me non regis [illegible] in nichilum redigar
[illegible] me [illegible] me [illegible] vita mea ne pereat
in malicia mea si non [illegible] non esse
[illegible] creasti [illegible] si non regis non [illegible]
mea multa non mea [illegible] te [illegible]
ut [illegible] me [illegible] benignissima bonitas
tua et clemencia [illegible] caritas [illegible]
mea que te ad creandum [illegible] te [illegible] et non
cogat ad [illegible] non potest quod me [illegible]
[illegible] caritas tua si peccatum in miseria mea
et non me [illegible] dextera tua licet te cogat
[illegible] clemencia ad salvandum [illegible]
[illegible] est que te compulit ad [illegible]
non erat [illegible] te invitat caritas ad salvandum
que te vicit ad [illegible] creandum que ut [illegible]
est [illegible] caritas [illegible] idem
ipse es et non est aliud [illegible] non est abbre-
viata manus tua ut salvare nequeat neque
aggravata auris tua ut non audiat. Sed
peccata mea diviserunt inter me et te inter
tenebras et lucem inter imaginem mortis et
vitam inter vanitatem et veritatem inter hanc
lunaticam vitam meam et sempiternam tuam
[illegible] umbre [illegible] in hac abysso
caliginosa [illegible] in quo [illegible]
[illegible] aspicit dies et [illegible]
umbre fiat quod non in firmamento virtutis tue
vox domini in virtute vox domini in magnificencia
dicat quod fiat lux et effugentur tenebre et
appareat arida germinet quod terra herbam viren-
tem et facientem semen et fructum boni [illegible]

Regni tui domine pater et deus vita
per quam omnia vivunt et sine qua omnia
mortua reputantur ne derelinquas
me in cogitatu maligno et extollen-
tiam oculorum meorum ne dederis michi
aufer a me concupiscentiam et animo
irreverenti et infrunito ne tradas
me sed possideas cor meum ut te cogi-
tet semper et illumina oculos meos
ut te videant et non extollantur
ante te solis sempiterna sed humi-
liter sentiant Non in mirabilibus
super se Et que adversus tuis sunt
videant Non que a sinistris absconde
et palpebre mee precedant oculos
meos Nam et palpebre tue inter-
rogant filios hominum Allide concupi-
scentiam meam dulcedine tua quam
abscondisti timentibus te Et concupiscam
concupiscere te concupiscentiis sempiternis
nec variis illectus nec deceptus in-
terior gustus ponat amorem indul-
ce et dulce in amore Tenebras
lucem et lucem tenebras In medio
tot decipularum quas tetendit ini-
micus super faciem terre lumen ad
capiendas animas peccatorum quibus
totus plenus est mundus Dic is qui
vidit sibi plenas non timuit dic
inquiens et enim quicquid est in
mundo est concupiscentia carnis Con-
cupiscentia oculorum et superbia
vite Ecce domine deus meus totus mun-
dus plenus est concupiscentiarum laque-
is quos paraverunt pedibus meis
Et quis effugiet hos laqueos
profecto a quo tu abstuleris concupiscen-
tiam oculorum suorum Ut non eum
capiat concupiscentia oculorum Et a
quo tu abstuleris animum irreveren-
tem et infrunitum ne eum callide
decipiat superbia vite O quam
felix est cui hec feceris quippe tran-
sibit innocens Unde precor te per te
adiuva me ne corruam in conspectu
adversariorum meorum captus laqueis
eorum quos paraverunt pedibus meis
Ut incurvarent animam meam
Sed eripe me deus salutis mee ne
sibi vero exhibeat de me inimici
tui qui oderunt te Exsurge domine
deus meus fortis meus et dissipentur
inimici tui et fugiant qui oderunt
te a facie tua Sicut deficit fumus
deficiant Sicut fluit cera a facie
ignis Sic pereant peccatores a facie
dei Et abscondar in abscondito faciei

tue et gaudeam cum filijs tuis saciatus
omnibus bonis tuis Et tu deus pater
orphanorum et tu mater pupillorum
tuorum extende alas tuas ut fugiamus
sub eis a facie inimici Turris for-
titudinis eorum qui non dormitas
neque dormies custodiens ipsum quia non
dormitat hostis qui impugnat ipsum

O lux quam non videt alia lux lu-
men quod non videt aliud lu-
men lux que obtenebras
lucem et lumen quod excecas omne exte-
rius lumen lux a qua omnis lux lumen
a quo omne lumen ad quod omne lu-
men tenebre id est eius comparatione cuius
omnis lux obscuritas cui omnes tene-
bre lumen cui omnis obscuritas
lux lux suprema quam cecitas non
obnubilat eternam caligo non obtenebrat
eternam tenebre non offuscant
eternam nulla obstancia claudunt
eternam nullius umbra separat aliqua
umbra lux que illuminat omnia
tota simul et semel et semper absor-
be me in deitate abyssum Et videam
te in te et in te ... tuta sub
te Ne derelinquas me ne decipiat
umbra ignorancie mee et multipli-
centur delicta mea Sine te enim
omnia sunt michi tenebre omnia
mala enim nichil bonum sine
vero solo et summo bono Hec con-
fiteor hec scio domine deus meus
enim ubicumque sum sine te male
michi est preter te Non solum extra
me sed eciam in me Et omnis co-
pia que non est deus meus michi
est egestas Satiabor cum apparuerit
gloria tua Et enim domine vita mea beata
ut miseriam meam confitear tibi quia
ab unitate tua summo vero et unico
bono temporalium rerum multa for-
mitas lapsum me per carnales sen-
sus dissipaverat ab uno in multa
divisit Et facta est michi abundan-
cia laboriosa et egestas copiosa quia
aliud et aliud sequebar et cum ipso in-
plebar dum non inveniebam te
incommutabile singulare et indivi-
sum bonum quo secuto non erro quod
assecuto non doleo Et uno adepto
satiatur totum desiderium meum Heu
miseria mea domine miseria enim
mea te refugit Cum quo semper
abundat et gaudet Et sequitur mun-
dum quo semper eget et dolet Mun-
dus clamat deficio Et miseria nostra
magis sequitur deficientem Illa clamat
reficientem Plena infirmitas mea
hec est medice spirituum sana illam

ut confitear tibi salus anime mee toto cor-
de meo super omnibus beneficiis tuis quibus
pavisti me a iuventute mea et usque in se-
nectam et senium. Te deprecor precipue ne de-
relinquas. Fecisti me cum non essem. Rede-
misti me cum perissem per iram mortuus fu-
eram. Ad mortuum descendisti morta-
litatem suscepisti. Ad servum rex descendisti ut ser-
vum redimeres. Teipsum tradidisti ut ego
viverem. Tu me suscepisti mortem vicisti
me restaurasti. Eminentem humiliasti. Peri-
eram abieram. Et in precio venundatus eram.
Venisti pro me ut redimeres me. Et in tantum
dilexisti ut sanguinem tuum dares precium
pro me. Dilexisti me plus quam te quia mo-
ri voluisti pro me. Tali pacto tam caro precio
redemisti me de exilio. Reduxisti me de ser-
vitio. Extraxisti me de supplicio. Vocasti
me nomine tuo. Signasti me sanguine tuo ut
memoriale tuum semper esset apud me et nunquam
recederet a corde qui pro me non recessit a cruce.
Unxisti me oleo tuo quo unctus fui-
sti ut a te Christo dicerer christianus. Et in ma-
nibus tuis descripsisti me ut semper sit memoria
mea apud te. Si tamen igitur memoria tua
sit apud me. Sic igitur gratia tua semper
et misericordia tua prevenerunt me. De multis ma-
gnis periculis liberasti me liberator meus.
Quando erravi ad viam reduxisti me.
Quando ignoravi docuisti me. Quando peccavi
corripuisti me. Quando fui tristis conso-
latus es me. Cum desperavi confortasti me.
Quando cecidi erexisti me. Quando steti tenui-
sti me. Quando ivi duxisti me. Et quando
veni suscepisti me. Quando dormivi custo-
disti me. Quando clamavi exaudisti me.

Hec et multa alia beneficia fecisti
michi domine deus meus vita vite
mee de quibus dulce erit michi
semper loqui. Semper cogitare. Semper gratias
agere ut possim pro omnibus donis tuis lauda-
re et amare te toto corde meo et tota
anima mea et tota mente mea et tota
fortitudine mea. Simul quoque ex omnibus me-
dullis meis. Intimis cordis et omnium com-
pagum mearum. Benedicam te dulcedo deus
meus et omnia que delectantur in te. Semper pre-
sentem meam videre vel oculi tui. Oculi quidem multo
lucidiores sunt sole conspicientes omnes vi-
as hominum et profundum abyssi. Cum in
omni loco contemplantur super bonos et ma-
los. Cum enim cuncta perlustras. Singula
imples. Totus semper ubique es presens. Tu tam-
quam curam habens que creasti. Nichil eorum
odisti horum que fecisti. Sic gressus meos
semitas quoque meas consideras et die noctu-
que super custodia mea vigilas omnes semi-
tas meas notans speculator perpetuus ve-
luti si totius creature tue celi et terre
oblitus tu me solum consideras. Et ut non
sit tibi cura de aliis. Neque enim crescit lux
incommutabilis visionis tue. Si tantum
unum aspiciat. Neque minuitur si universa aspi-
ciat et diversa. Summa sicut unum totum
simul perfecte consideras. Sic singula quemadmodum
libere diversa perfecta simul tota. Summa tota
conspicit visus tuus. Sed sic omnia sicut unum
et unum sicut singula. Totus simul sine
divisione vel commutatione vel diminutione

sic consideras. Itaque totus tu toto tempore
sine tempore totum me simul semper consideras
ac si nichil aliud considerare habeas. Sic ergo
eo super custodia mea stabo sicut si omnium ob-
litus sis et michi soli intendere velis. Semper
te putem exhibeas. Semper te paratum offerre
si paratum me inveneris. Quocumque iero tu me
domine non deseris nisi prior ego te deseram.
Ubicumque fuero non recedis quia tu ubique
es ut quocumque iero inveniam te per quem esse pos-
sim ne peream sine te quia sine te esse non
possum. Fateor equidem quia quicquid facio
vel quecumque facio ante te facio et illud quic-
quid est quod facio melius tu vides quam
ego qui facio. Quicquid enim semper operor tu pa-
riter semper presens assistis utpote perpetuus inspe-
ctor omnium cogitationum meditationum delecta-
tionum et operationum mearum. Hoc autem ante te
est omne desiderium meum et ante te tota cogita-
tio mea. Tu vides unde veniat spiritus ubi
sit et quo vadat quia tu es omnium spirituum
ponderator et utrum radix dulcis sit an a-
mara de qua flores foris prodeunt folia emittun-
tur. Tu vides interius et ipse intimus me
nosti. Et medullas et radicem perscrutaris
subtilius. Et non solum interiorem sed radicis
eius medullam intimam districtissima tue
lucis veritate colligis intueris. Et perquiris
ut reddas unicuique non modo secundum opera verum
intentionem. Sed et radicem ipsam cuiusmodi tandem ab-
scondita in medulla radicis de qua procedit
intentio operantis ad quid tendens cum opera-
tur. Unumquodque cogito. Et in quocumque delector tu vi-
des. Aures tue audiunt. Oculi tui considerant.
Cogitationes attendis notas et scribis in libro
tuo sive bonum fuerit sive malum ut reddas
pro bono premia pro malo supplicia. Quando a-
perientur libri et iudicabuntur secundum ea que
in eis fuerint scripta in libris. Hoc est quod
iam forte dixisti nobis. Considerabo novissima
eorum. Et quidem apud te deus vitam nimis forte
finem ipse considerat qui tu quidem in omnibus
que agimus finem intentionis magis quam actum
operationis attendis. Eia igitur hic dilecte confratres
hoc et iam memor terribilis et nimius terror
pariter et ingenti rubore confundor quia magna
nobis est indicta necessitas recte vivendi
qui cuncta facimus ante oculos iudicis
cuncta cernentis.

Fortissime magnipotens deus spirituum
et omnis carnis cuius oculi super omnes filiorum
vias adam a nativitate eorum
ut reddas unicuique secundum opera sua bona et ma-
la. Unde michi et confitear tibi paupertatem
meam quia dixi quod dives essem et nullius
egerem et nesciebam quod eram pauper. Ecce ego mi-
ser et miser ac miserabilis. Credebam
me esse aliquid cum nichil essem. Dixi sapiens
efficiar et stultus factus sum. Cogitabam
esse continens sed deceptus sum et modo intelligo
quia donum tuum est sine quo nemo possit esse
quia nisi tu domine custodieris civitatem frustra
vigilat qui custodit eam. Sic docuisti me ut
cognoscerem me quia dereliquisti me et probasti me
non ut tu cognosceres me sed pro me ut
cognoscerem te. Nam ut dixi domine. Credebam
me aliquid esse cum nichil essem. Existimabam sufficere
me per me nec sapiebam quia tu regebas

me domine aliquantulum te elongasti a me. Et ce-
cidi statim in me et vidi et cognovi quoniam
tu regebas me et quod cecidi fuit ex me et quod
surrexi fuit ex te. Aperuisti mihi oculos lux
excitasti me et illuminasti. Et vidi quoniam temp-
tatio est vita hominis super terram. Et quod
gloriari non valeat in conspectu tuo omnis caro nec
iustificabitur omnis vivens. quoniam si quid boni
parvum vel magnum donum tuum est et nostrum
non nisi malum est. Unde ergo gloriabitur omnis
caro? Unquid de malo? hec non est gloria sed
miseria. Sed unquid gloriabitur de bono? Unquid
de alieno? tuum domine est bonum. Tua gloria
est. Qui enim de bono tuo gloriam sibi querit
non tibi, hic fur est et latro et similis
Hic diabolo qui furari voluit gloriam tuam. Qui enim
laudari vult de bono tuo et non querit in
illo gloriam tuam sed suam, hic licet per tuum donum
laudetur ab hominibus a te tamen vituperatur
quia de tuo non tuam sed suam laudem quesivit.
Qui autem laudatur ab hominibus vituperante
te non defenditur ab hominibus iudicante te. Nec
liberabitur iudicante te. Ac tu domine formator
meus ab utero matris mee ne me sinas
cadere in illa exprobratione ut exprobretur
mihi furari voluisse gloriam tuam. Tibi sit
gloria cuius est omne bonum, nobis confusio
faciei et miseria quorum est omne malum
nisi tu volueris misereri. Misereris quippe domine
miseris omnium que fecisti et nichil odisti eorum
que fecisti. Et das nobis de bonis tuis et
ditas nos in operibus optimis tuis quoniam
diligis pauperes, pauperes et divites eos facis
de divitiis tuis. Ecce nunc domine pauperes
filij tui sumus et pusillus grex tuus. Aperi
nobis ianuas tuas et edant pauperes
et saturabuntur et laudabunt te qui requi-
runt te. Scio enim domine et confiteor quod
de te. Quoniam soli illi qui cognoscunt
se pauperes et confitentur tibi paupertatem suam
ditabuntur a te. Qui divites se estimant cum
sint pauperes a tuis divitiis inveniuntur
exclusi. Et ego igitur confiteor paupertatem me-
am ut sit tibi tota gloria tua. Quoniam tuum
est omne bonum. Fidem me enim domine fateor
ut docuisti me. Nichil aliud sum nisi u-
niversa vanitas et umbra mortis et abis-
sus quedam tenebrosa et terra inanis et va-
cua que sine tua benedictione nec germinat
fructum quemque nec facit nisi confusionem peccati
et mortem. Si quid unquam boni habui a te re-
cepi. Si quid boni habeo a te habeo. Si quando
steti per te steti. Si quando cecidi per me cecidi.
Semper in luto iacuissem nisi tu me extraxisses.
Semper cecus fuissem nisi tu me illuminasses.
Cecus perijssem nisi tu me gubernasses. Et
postquam domine sic per gratiam et misericordiam tuam preveniens
me liberasti me a malis omnibus salvans
a preteritis, suscitans a presentibus, muniens a
futuris, precidens ante me laqueos ruinarum
et peccatorum, tollens occasiones et causas. Quia
enim tu hoc mihi fecisses, ego omnia peccata
mundi fecissem. Quoniam scio domine quod nullum
peccatum est quod unquam fecerit homo quod non possit
facere alter homo. Si deesset creator a quo
factus est homo. Sed quod non feci tu fecisti
quod abstinerem tu iussisti. Quod tibi crederem
tuam gratiam infudisti. Tu namque domine rege-
bas

me tibi, servabas me tibi et mihi ut ad-
ulterium et omne aliud peccatum non committe-
rem. Temptator defuit et ut deesset tu fe-
cisti. Locus et tempus defuit et ut de-
essent tu fecisti. Affuit temptator,
non defuit locus, non defuit tempus. Sed
ne consentirem tu tenuisti. Venit temptator
tenebrosus ut est, et ut eum despicerem
tu me confortasti. Venit temptator fortis
et ut non me vinceret eum refrenasti et
me roborasti. Venit temptator transfiguratus
in angelum lucis, et ne me deciperet
tu eum increpasti. Et ut eum cognoscerem
tu me illuminasti. Ipse est draco domine ille
magnus et rufus serpens antiquus
vocatus diabolus et sathanas habens capita
vij cornua x. Quem creasti ad illudendum
huic mari magno et spacioso manibus
in quo sunt reptilia quorum non est numerus,
animalia pusilla cum magnis, id est diver-
sa demoniorum genera. Qui alia nichil
aliud die noctuque operantur nisi circuire
querentes quem devorent nisi tu eripias.
Ipse est draco ille antiquus qui ortus
est in paradiso voluptatis, qui cauda trahit
tertiam partem stellarum celi et mittit
eas in terram. Qui veneno suo corrumpit
aquas terre ut bibentes homines mo-
riantur. Qui sternit sibi aurum velut
lutum, habet fiduciam quod influat iordanis
in os eius. Qui factus est ut nul-
lum timeret. Et quis defendat a morsibus
eius? Quis eripiat ab ore eius nisi tu
domine? Qui confregisti capita draconis
magni. Protector domine super nos extende
alas tuas ut confugiamus sub eis a mor-
sibus eius. Hoc est continuum studium eius,
hoc est unicum desiderium suum ut animas de-
voret quas creasti. Et ideo ad te clamamus:
libera nos ab adversario nostro cottidiano. Sive
dormiamus sive vigilemus, sive comedamus
sive bibamus, sive quodcumque opus operemur,
instat omnibus modis die ac nocte frau-
dibus et artibus. Nunc palam nunc occulte
sagittas venenatas contra nos dirigens ut
interficiat animas nostras. Et tu domine pessima
est insania nostra. Quia cum cottidie vi-
deamus contra nos draconem ore aperto para-
tum ad devorandum, nichilominus dor-
mimus et lascivimus in pigricijs nostris
tamquam securi ante eum. Qui nichil
aliud desiderat quam ut nos perdat. Inimicus
ut occidat semper vigilat absque sompno. Et nos
ut custodiamus nos nolumus evigilare a
sompno. Ecce tetendit ante pedes nostros
laqueos infinitos et omnes vias nostras
complevit decipulis ad capiendas animas
nostras. Et quis effugiet laqueos? Po-
suit in divicijs laqueos, in paupertate
laqueos tetendit, in cibo et potu, in vo-
luptate, in sompno et in vigilijs. Laqueos
posuit in verbo et opere et in omni via nostra.
Sed tu domine libera nos de laqueo vena-
tium et a verbo aspero ut confiteamur tibi dicentes:
Benedictus dominus qui non dedit nos in captionem
dentibus eorum. Anima nostra sicut passer

Attendam ergo et audiam ergo dulcissime
mi rex dicam ut audiat tibi qui omnia
vides et nichil te latet cogito ad
pedes tue maiestatis quem moriar

accepta est de laqueo venancium. Laque-
us contritus est et nos liberati sumus.
Veni quidem domine lux mea et illumina
oculos meos ut videam lumen
et ambulem in lumine tuo et ne
impingam in laqueos eius. Quomodo enim
evadet laqueos multos nisi videat eos.
Et quomodo videbit nisi quem illuminaveris lu-
mine tuo. Ipse enim pater tenebrarum laqueos
suos abscondit in tenebris suis. Et ca-
piantur in eis omnes qui sunt in tenebris
suis qui sunt filii tenebrarum non
videntes lumen tuum in quo qui am-
bulat non timebit. Qui enim ambulat in die
non offendit. Qui autem in nocte ambulat
offendit quia lux non est in eo. Tu lux domine
tu lux filiorum lucis. Tu dies que nescit occa-
sum in qua ambulant filii tui sine offen-
sione et sine qua omnes qui ambulant
in tenebris sunt quia te lucem mundi non
habent. Ecce et quotidie quanto quis magis
est a te vero lumine elongatur tanto ma-
gis peccatorum involvitur tenebris. Et quo
magis est in tenebris eo minus videt laqueos
in via sua. Et ideo minus cognoscit. Et i-
deo sepius capitur et cadit frequentius. Et quod
est horribilius se cecidisse ignorat.
Cum non se sentit casum ignorat eo minus ma-
turat surgere quanto se estimat adhuc stare. Tu vero
lux mentis deus deus meus nunc illumina
oculos meos ut videam et cognoscam ne cor-
ruam in conspectu adversariorum meorum. Sicut enim modicum
ignis laborat minus ut tanquam perimus ut
facias liquescere a facie nostra sic liquescat
cera a facie ignis. Quoniam ipse est latro
dux primus et ultimus qui consilium fecit
ut acciperet gloriam tuam quidem inflatus ela-
tus accepit. Et cecidit in foveam suam. Et
eiecisti eum de monte sancto tuo. Et de medio
lapidum ignitorum in quorum medio ambu-
lavit et vita sua a principio cecidit ex quo
Deus meus non cessat persequi filios tuos
et invidiam tuam o rex magne. Cupit
perdere hanc creaturam tuam factam ad y-
maginem tuam. Quam occavit omni per-
versitate sua ut possideat gloriam tuam
quam ipse perdidit per superbiam suam. Sed con-
tere eum fortiter ante nos agnos
tuos. Et illumina ut videam laqueos quos
ipse paravit. Et evadam ad te leticia
placet. Et sic omnia tu domine nosti quia non
sunt querimonia de inimico meo facio iudex
eterne ut et ipsum dampnes et nos liberes
oves tuas salvas quorum factor tu es. Astutus
est deo iste hostis et tortuosus. Non facile
deprehendi possunt circuitus vie eius. Nec
cognosci species vultus eius nisi tu illumines.
Nam nunc hic nunc illic nunc agnum nunc
lupum nunc tenebras nunc lucem se ostendit.
Et singulis quibusque qualitatibus locis et temporibus
per varias rerum mutationes varias et diver-
sas temptationes. Nam ut tristes deciperat
contristatur et ipse. Ut gaudentibus illudat fingit
et ipse se gaudere. Ut spirituales defraudat in
angelum lucis se transfigurat. Ut fortes com-
primat apparet agnus. Ut mites devoret
apparet lupus. Hec omnia quidem ista nobis

Capitulum nonum de apertione Sathane
et de aliis astuciis eius.

paratas temptacionum effugiat. Sed Sicut ce-
teros a timore nocturno alios a sagitta
volante in die alios a negocio perambu-
lante in tenebris alios ab incursu alios
vero a demonio meridiano. Et adhuc quis
dominus ut cognoscatur. Quis revelavit
speciem vestimenti eius. Et quis in medium dentium
eius. Quis agnovit. Abscondit sagittas
suas in pharetra et laqueos suos abscondit
sub specie lucis. Et hec difficilius deprehenditur
nisi a te domine spes mea lumen aspirat quo
videamus. Nam non solum in carnalibus o-
peribus que de facili cognoscuntur verum etiam in
ipsis virtutibus sed in ipsis spiritualibus. Quare
laqueos abscondit subtiles. Et sub virtu-
tum colore vicia induit et se transfigu-
rat in angelum lucis. Hec et multa alia mala
texit nobis filius belial iste sathan Deus
Deus noster. Et ipse nunc ut leo nunc ut draco
manifeste et occulte intus et extra die ac
nocte insidiatur ut rapiat animas nostras
et tu eripe nos domine qui salvos facis
sperantes in te. Ut doleat ipse de nobis
et tu laudaris in nobis deus deus noster.
Ego autem filius ancille tue que
me commendavit manui tue in-
cama (?) seruis meis pauperculis con-
fessionibus confitebor tibi liberator meus
toto corde meo. Et recolo ad mentem
meam bona que fecisti michi a iuventu-
te mea in omni vita mea. Scio namque
quod ingratitudo displicet tibi que radix est
omnis mali spiritualis. Et ventus quidam desic-
cans et exurens omne bonum ac obstruens
fontem divine misericordie super hominem quam
et mortua mala iam oriuntur et viva
iam opera moriuntur. Et ulterius iam non
adipiscuntur. Et ego domine gratias tibi
ago ne sim ingratus tibi liberator meus
quia liberasti me. Quotiens iam absor-
bueat me ille draco et tu ab ore eius abs-
traxisti me. Quotiens peccavi et ipse
paratus fuit deglutire me. Sed tu defendi-
sti me. Cum contra te inique agebam cum tua
mandata fugiebam. Stabat paratus ipse
ut me raperet ad infernum. Sed tu prohibebas.
Ego te domine offendebam. Et tu me defen-
debas. Ego te non timebam et tu me
custodiebas. A te recedebam inimico meo me
exhibebam. Tu ipsum ne me acciperet deterre-
bas. Hec michi tu domine deus meus fa-
ciebas. Et ego non cognoscebam. Ex-
me multis a faucibus dyaboli de ore
leonis eripuisti. Et ab inferno me lici-
nescientem multis vicibus reduxisti. Descende-
ram usque ad portas inferi et ne illuc in-
trarem tu me tenuisti. Appropinquavi usque
ad portas mortis et ne me ipsa caperet
tu fecisti. De morte etiam corporis me sepius
eripuisti salvator meus. Cum me graves
morbi tenerent. Cum fui in periculis mul-
tis per mare per terras ab igne a gla-
dio. Et ab omni periculo liberavit semper
michi astans et in corde salvans. Scie-
bas enim domine deus quia si tunc mors me occu-
passet animam meam infernus suscepisset. Et
perpetuo damnatus fuissem. Sed tua misericordia et
tua gratia me prevenerunt eripiendo me

De morte cor[poris] et de morte anime d[omi]ne de[us] meus
h[ec] michi et multa alia beneficia exhibuisti
Et ego eram cecus et nunc cognosco domi
ne illuminasti nunc igitur lux anime mee
d[omi]ne de[us] meus vita mea lumen oculorum
meorum per quod video En illuminasti me
En cognosco te quia vivo per te Et gratias
tibi ago licet viles et exiles et impares
beneficiis tuis quales mea fragilitas ex
ostendit Quoniam tu solus es d[omi]ne de[us] meus
et creator meus benignus qui amas animas
domine et nichil odisti eorum que fecisti
En eo primus inter peccatores quos salvasti ut
ceteris aliis exemplar benignissime pietatis tue
Confiteor beneficia tua magna quoniam eri
puisti me de inferno semel et 2o et 3o Et mil
lesies Et ego ad infernum tendebam et tu me
semper reducebas et cum me iuste multociens
condempnasses Et si voluisses voluisti quia
amabas animas et dissimulabas peccata propter
penitentiam d[omi]ne deus meus et cognosco per lumen
tuum tunc Respirat anima mea in me Via ma
gna super me quoniam eripuisti animam ex
inferno inferiori et me reduxisti ad vitam
domine eram in morte Totum me re
suscitasti Et tuum igitur sit totum quod vivo et
totus totum tibi me offero Totus spiritus
totum cor et tota vita mea vivat tibi vita
mea Quoniam tu totum me liberasti ut totum
me possideas Totum me fecisti ut totum me
Diligam i[gitur] te domine virtus mea exaltacio
mea diligam te ineffabilis exultacio
mea Et vivat iam sed tibi tota vi
ta mea Iam pereat in miseria mea re
suscitata est anima mea qui es deus miserator
et misericors et multe misericordie in nulla hora
diligere non tenuit Certe d[omi]ne deus sanctificator
meus iussisti me lege tua ut diligam te
toto corde meo tota anima mea tota mente
mea tota fortitudine mea et ex omnibus viribus
meis Et vel ex intimis medullis cordis
mei omnibus horis et momentis quibus
fruor vita tua Quociens pro preciis impen
dis sed me regis Sed moreretur nisi quod per me
vivificas Et omni me momento in tua ma
gna beneficia prestas Sicut enim nulla hora
est et punctus in omni vita mea quo tua
beneficia non utar Sic ullum debet esse mo
mentum quo te non habeam ante oculos
in memoria mea et non diligam eciam fortitudine
mea sed ut hec valeo nisi tu dederis michi
Tuum est omne donum bonum et omne datum
optimum descendens a te patre luminum apud
quem non est transmutacio nec vicissitudinis
obumbracio Non est enim neque volentis neque
currentis sed tui miserentis ut diligam
te Tuum est hoc donum d[omi]ne tuum est omne
bonum Iubes te diligi da quod iubes Et iubes
Et nunc qui semper ardes et numquam extingueris O amor qui
semper ferves et numquam tepescis Accende
me Accende me totum a te ut totum diligam
solum te Minus enim te amat qui tecum aliquid
amat quod non propter te amat Diligam te domine
quoniam tu prior dilexisti me Et pro
michi ultimo ut ex plurimis signis dilectio
tue maxime ego pro innumera beneficia tu
a quibus a puero conduxisti me Post beneficium
nempe creationis quando in principio de nichi
lo ad imaginem tuam creasti me honorificasti
et exaltasti me inter omnes crea
turas quas fecisti et nobilitasti lumine
vultus tui quod signasti super luminare
cordis mei Et ab insensibilibus pecoribus
et iumentis brutis distinxisti Et paulo
minus ab angelis minuisti parum
sunt autem contra summam bonitatis tue quam
quotidianis et singularibus maximis
donariis tuorum beneficiorum mea
in infusione munera et quasi filium
parvulum tuum tenellum uberibus tue
consolacionis lactasti Et conformasti me ut
eo totus tibi serviret Omnia que fecisti
in meum servicium condidisti Omnia sub
pedibus hominis subiecisti ut solius hominis
tibi subiceret Et ut tuus esset totus
homo super omnia tua dominatus est homo
Et tria nempe pro corpore cuncta creasti
ipsum vero corpus pro anima animam vero
pro te ut tibi soli vacaret ut te solum
amaret possidens te ad placitum inferiora
vero omnia ad servicium Quicquid in celi
ambitu continetur inferius ab anima humana
est ut sursum superius possideret cuius possessi
one beata fieret Cui si adhesisset in
mutabilem imutabilitatem misericordia retineret
supergrediens illius summe maiestatis tue
civitatis sponsam et clavitatis immortalis in
serenitate gaudebit Tunc non illius bonis
optimus fruetur in domo domini quomodo
co racione cuncta que hic cernimus velut
nichilum computentur illa sunt que nec oculus
vidit nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit que preparavit diligentibus se Et
sed quidam d[omi]ne datum est omnibus et
quotidie conspicimus animas sed tu solus tuorum
qui amas animas Tunc primo hic d[omi]ne
deus meus in imagine tua quippe honore
ascensus similitudinis tue ad quam creata sum
vivam et corpori nostro licet adhuc corrupti
bili et ignobili ut videret dedisti spe
ciem celi claritatem per visum inferiorum luminum
videre fassorum solis et lune Tunc precepto
tuo die nocte et nocte deserviunt silen
tibus ut pateret largitas et aeris puri
tate ut audiret sonorum varietates ut odo
raret florum suavitates ut gustaret
saporum qualitates ut contractaret di
visum corpulentum omnium grossitudinem ad
innumera sunt necessitatibus dedisti
innumera volucres quoque celi et pisces ma
ris feras terre ad reficiendum imper
disti mensas de terra pro singulis suis
quasi corruptibilitates creasti Singula
solacia singulis malis obviantia
fecisti Tunc oculos interiores et infirmasti
et nosti figmentum nostrum figulus in te
nos omnes sed lutum in manu tua

O Reg aperiatur michi ianua tua magna
lumine tuo illustrata Tunc se magis
adaperit cum michi magis aduc appe
ratur. Nam eminus hic tua magna Et ex
visibilibus hiis tua magna invisibilia com
prehendimus. Domine deus sancte et bone cre
ator in hoc mundo michi domine pro corpore ignobili
et corruptibili tam magna et innumera bene
ficia prestas. Celo et aere a terra et mari
luce et tenebris calore et umbra Rore
et imbre ventis et pluviis volucribus
et piscibus bestiis et arboribus et multipli
ci te herbarum germine terre et cunctarum
creaturarum tuarum ministerio nobis succedi
re per sua tempora instituisti ut alleuiens fasti
dium Quam qualia quot et quam magna et
et innumerabilia erunt illa bona que preparasti
diligentibus te In illa celi patria ubi videbunt
te facie ad faciem Si tanta nobis facis in
carcere Quid nobis ages in palacio. Magna
et mirabilia sunt opera tua domine Rex israel
Cum sint hec omnia valde bona et delecta
bilia Que bonis pariter malisque pariter
communia tradidisti Quialia futura sunt illa que
solis bonis recondidisti Si tot innata et va
ria sunt dona tua que inter amicos pariter
tribuis et inimicis Quam magna et mirabilia
Quam dulcia et delectabilia Quam mira et
ineffabilia erunt que solis tuis largitus
es amicis Si tanta solacia confers in hac
die lacrimarum Quanta confers in die nupci
arum Si tanta delectabilia continet ~~cum~~ car
cer Quanta continet quoque patria Oculus non
vidit deus absque te que preparasti diligentibus
te Quam enim magna multitudinem magnifi
centie tue est et multitudo magne dulce-
-dinis tue quam abscondisti diligentibus te Magnus
enim tu es domine deus meus et immensus. Nec
est finis magnitudinis tue Nec est numerus sapie
tue Nec est finis seu numerus neque mensura
retribucionis tue Sed sicut magnus es ita ma
gna sunt dona tua Quam tu ipse es premium
et donum legitimorum pugnatorum tuorum

Hec sunt beneficia tua magna domine
Deus Sanctificator tuorum sanctorum
quibus repletus es in omni copia consignauit
filiorum tuorum Tum factus es ipse defensor
et consolator desolatorum Tu corona speci que
ornata est gloria preparata in matutinis tu satie
tas famelicorum et inuitandarum conuiuarum
tu consolacio sempiterna que solis illis te
tribuis qui consolacionem huius mundi pro consolacione
eterna contempnunt Nam qui hic consolantur
indigni tua consolacione habentur Sed qui hic
tribulantur a te consolantur Et qui participant
passionibus participant et consolacionibus
Nemo potest in utroque seculo consolari Nec potest
hic quis et in futuro gaudere Sed una necesse est
ut perdat qui alteram voluit possidere Tu
ubi consolatio Domine consolator meus Renuo igitur
consolari animam meam ut digna habeatur consola
cionibus eternis Summa iusticia est ut a
mittat te qui umquam in alio aliquo magis se con
solari eligat quam in te Sed obsecro summa ve
ritas

te perte ut non permittas me malicie alia consola
tione vana consolari quam in te Sed omnia michi
preter te amarescant ut tu solus dulcis appareas
anime mee Tu enim es dulcedo inestimabilis per
quam cuncta amara dulcorantur Tua enim dulcedo
craticulam laurentio dulcem fecit Tua enim dul
cedo stephano lapides torrentis dulcorauit
Per tua dulcedine ibant apostoli gaudentes a conspectu con
cilii quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu con
tumelias pati Ibat andreas ad crucem se
curus et gaudens quia ad tuam dulcedinem
properabat Hec tua dulcedo ipsos apostolorum prin
cipes sic repleuit ut pipa crucis patibulum
unus eligerat alter quoque caput sancti gla
dio supponere non timeret Per hanc enim bartholomeus
pellem suam dedit pre hac gustandi venenum pere
potum johannes intrepidus epotauit Hanc ut
gustauit petrus ipsorum oblitus clamauit
quasi ebrius dicens domine bonum est nos hic esse
Si vis faciamus hic tria tabernacula hic moremur
hic te contemplemur Tuo gustu nullo alio
indigemus Sufficiat nobis domine videre te
Sufficit magis tua dulcedinis saciat vnam
stilla dulcedinis iste gustauit et omnem aliam
dulcedinem fastidiuit Quid putas dixisset O
magna illa dulcedinis multitudinem diuitatis
tue gustasset quam abscondisti diligentibus te
Hanc dulcedinem tuam ineffabilem et illa gusta
verat ego quam legimus quod letissime et letatur
ibat ad carcerem quasi ad epulas inuitata Hanc
ut reor et ipse gustauerat Qui dicebat quam
magna multitudo tua domine quam abscondisti time
tibus te Quemque monebat gustate et videte
quoniam suauis est dominus Hec est illa beatitudo de
qua in qua expectamus saluatorem te nobis ppro-
proqua ingemiscimus tota die ut in tua vi
sione
Tu dulce expectacio Israel domine desiderium
Tuum ad quod suspirat cor meum fe
stina ne tardaueris surge propera et
veni ut educas nos de isto carcere ad confite
dum nomini tuo ut gloriemur in laude tua
Inclina tuo aperi aures tuas clamoribus
lacrimarum pupillorum tuorum qui clamant
ad te pater noster da nobis panem nostrum cotidianum
In memoria fer ne ambulemus die ac nocte us
que perueniamus ad montem tuum oreb Et ego par
vulus inter paruulos familie tue domine fat
et unus inter centum venia et aparebo an
te faciem tuam ut qui nunc confitear ad tempus
tam exinde confitear tibi in eternum Beati enim
sunt ad videndam claritatem tuam Tunc michi
est clamat ut adeo permittas me Ostio domine
stio Et confiteor me indignum ut intrem sub
tectum tuum Sed fac propter honorem tuum Et ne
confundas me ab expectacione sancta tua Et quis
intrabit in sanctuarium tuum et ad conspiciendas
personas tuas nisi tu aperias Tunc aue
aperiet Si tu incluseris Si destruxeris non
nemo est qui edificet Si incluseris hominem
nemo est qui aperiat Si continueris aquas
omnia siccabunt Si emiseris eas subuertent
terram Si omnia creasti ad nichilum
redigitas Tunc condicat tibi porro sempi
terna bonitate anime tue quam voluisti et fecisti

Margin: In tanta die tamen saltem cum voce nostra ...
Margin: Propiqua es domine et omnia vie tue veritas ... tue militans

omnia quecumque voluisti. Tu nos fecisti fabricator mundi. Rex noster tu nos creasti ne spernas nos quia opera tua sumus. Et quis ego domine deus meus? nos lutum et cinis non valemus in tuas eternitates intrare nisi tu induxeris qui de nichilo cuncta creasti.

Ergo omne opus manuum tuarum confitebitur tibi in timore tuo quia non in arcu meo sperabo nec gladius meus salvabit me sed dextera tua et brachium tuum et illuminatio vultus tui, alioquin desperarem. Vita et spes mea tu qui creasti me et non dereliquisti me qui non derelinquis sperantes in te. Tu quippe es deus noster suavis et mitis patiens et in misericordia disponens omnia. Et nos si peccaverimus tui sumus et si non peccaverimus scimus quoniam apud te sumus computati. Nos solum vani sumus. Et vanitates omnis homo vivens et velut … est vita nostra super terram. Ne irascaris si cadimus pusilli tui quoniam tu nosti figmentum nostrum. Ipse deus noster, nimis deus inestimabilis fortitudinis contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam et stipulam siccam persequeris. Nimis dampnabilis … Sicut tamen vivum dampnabilis publice … audivimus de misericordia tua domine quoniam mortem non facis nec letaris in perditione morientium. Propterea oramus te ne permittas dominari quod non fecisti. Sicut enim letaris … quam fecisti de morte et perditione, quid te prohibet ut domine qui omnia potes ut pro … a mea salvatione? Si vis potes me salvare. Ergo si velles non posses tam magna … misericordiarum tuarum inniti velle. Quippe adiacet perfecere autem non invenio. Velle quod bonum est non possumus nisi tu velis, ut quod volo possim nisi tua potentia me confortet. Et quod possumus aliquando nolo nisi voluntas tua fiat sicut in celo et in terra. Et quod volo et possumus ignoro nisi tua sapientia me illustret. Et si … quid volens quod valeo imperfecta et vana fuisset sapientia mea nisi adiuvet a … sapientia tua. In tua autem voluntate cuncta sunt posita et non est qui possit resistere voluntati tue domine. Universorum principatum tenens omnia que vis facis in celo et in terra et in mari et in omnibus abyssis. Et in nobis igitur fiat voluntas tua super quibus impositum est nomen tuum ne pereat hoc nobile plasma tuum quod creasti propter honorem tuum. Et quis homo natus est de muliere qui vivat et non videat mortem et eripiat animam suam de manu inferni nisi tu solus eripias, vita vitalis omnis vite per quem omnia vivunt.

Tibi enim iam tibi confessus laus vite mee. Rex meus virtus salutis mee. Sperabam aliquid in virtute mea que tamen non erat virtus. Et cum per voluntatem currere ubi magis stare credebam, ibi magis cadendo constitutus quam magis retro et non ante. Et quod credebam consequi me longius elongavit a me. Et per multa silentia vices meas perambulando in … Nunc quia illuminasti me cognoscam quod magis posse credidi per me ipsum semper … potui … nisi hic facias. Illud profitebar quod post … hic nec illud … erat voluntas. Tunc erat facultas. Aderat facultas et erat voluntas quoniam de me … considerabam. Nunc autem confiteor … deus pater celi et terre quoniam non in fortitudine roborabitur vir ne gloriatur

ante te stulta presumpcio omnis carnis. Nec est hominis velle quod possit aut posse quod velit. Sed per te gressus hominis dirigentur. Ecce in qua qui non a se sed a te dirigi se confitentur. Obsecro itaque virtutem tue … velit domine salvare quod creasti quia si vis … salvare et in tua voluntate est utique salutem.

Recordare mei domine antique quam nos a principio in benedictionibus tue dulcedinis prevenisti antequam nascerer, quam ego filius ancille tue. Domine spes mea sola ab uberibus matris mee prevenisti me. Preparasti mihi semitas quibus incederem et venirem ad gloriam domus tue. Priusquam me formares in utero novisti me quemadmodum placuit predestinasti de me. Que qualia sunt in libro tuo scripta sunt de me in consistorio in secreto consistorii tui ego quidem ignoro. Unde valde timeo. Tu vero nosti quod ego per successionem decurrit … huc ad mille annos. Huius temporalitate expecto … … tue … quod futurum est et quod futurum est … aut stans in hac nocte tenebrosa et huius ignorancie timor et timor venerunt super me. Tamen video undique imminere mihi tot pericula. Mille quoque hostibus venatoribus innumeram … in hac valle lacrimarum … et in tantis huius malis agmina … facit mihi animum desperare. Sed spes in magna … de te in vestimento … principes … et considerato multitudine miseracionum tuarum que apud te sunt. Sublevat metum meum. Et presencia … domine tue que me ab eo … … prevenerunt. Et nunc … in me … … bonitate tue … et perfectionibus … quas tuis … … spem meam admonet ut in te leter domine deus meus … gratia … qui … letificabas iuventutem meam.

Dilexisti me domine amor meus antequam diligerem te et ad imaginem tuam creasti me. Eterna dignitate tue … novere in te … quod fecisti me in … angelos tuos … pro me quibus mandasti ut custodirent me in omnibus viis meis. Ne forte offendam ad lapidem pedem meum. Hii sunt custodes super muros … tue … ierusalem … in circuitu eius vigilantes et custodientes vigilias noctis super gregem tuum ne qui rapiat ut leo animas

et angelos suo gaudio defraudemus

Nota de potestate (?)

Nota eciam de eo (?)

ncias dei non esset qui eriperet. Ille adu-
sarius in antiquus qui sicut leo rugiens re-
quirit quem devoret. Hii sunt enim
bte pleni sapie que sinistro est mattheo
In ministerio missi propter eos qui hereditate
tem capiunt salutis ut eos liberent ab inimicis suis
et custodiant in omnibus viis suis
et doceant et moneant et ordines filio-
rum tuorum offerant in conspectu glorie magestatis
tue. Diligunt nempe homines suos per
quos sue ruyne scissuras instaurari ex-
pectant. Idcirco magna cura et vigilanti
studio assistunt nobis omnibus horis et locis
succurrentes et providentes necessitatibus
nostris. Et solliciti discurrentes inter
nos deum et gemitus nostros atque suspiria
referentes ad te ut impetrent nobis facilem
tue clementissime benignitatis propiciacionem
et referant ad nos desideratam gratie tue
benedictionem. Ambulant nobiscum in om-
nibus viis nostris intrant et exeunt no-
biscum. Attente considerantes quam pie et
honeste inmedio prave nationis conver-
semur quanto studio et desiderio quod in-
regnum tuum et iusticiam eius. Quanto
que timore et tremore sumus et exultemus
tibi in leticia cordis nostri adiuvant
laborantes protegunt quiescentes hortantur
pugnantes coronant vincentes congaudent
nos gaudentibus de te inquam gaudentibus
compatiuntur patientibus propter te inquam pati-
entibus. Grandis est eis cura de nobis
magnus effectus dilectionis eorum erga nos
et hec totum propter honorem tue inestima-
bilis caritatis qua dilexisti nos. Diligunt
enim quos tu diligis. Custodiunt quos tu
custodis et deserunt eos quos tu deseris.
Nec diligunt operantes iniquitatem
et perdunt omnes qui loquuntur mendacium.
Quotiens bene agimus gaudent angeli
et exultant demones. Quotiens ab
bono declinamus diabolum letificamus.
Gaudium est eis super uno peccatore pe-
nitenciam agente. Quid si uno iusto
iam prima destitute. Da i. da per suum
eis gaudium de nobis ut et tu per eos col-
lauderis in nobis. Et nos cum eis in
unum ovile tuum adducamur ut conferamur
unum nomen sancto tuo. Creator hominum
et auctor lucis ipse commorantes coram te
confitentur laudantes te. Quoniam beneficia tua
magna sunt que quibus nos honorasti dans
nobis angelos tuos spiritus et ministros
tuos in ministerium nostrum. Celum enim et
quod ambitu celi continetur. Et quod superiora
hec sub celo nisi ad te et ea que
sunt sub celo laudant te de hec omnes
angeli tui. Confiteantur tibi de hoc omnia
opera tua et sancti tui ipsi benedicant tibi.
Honorificati nostri quos nimis ho-
norificas et ditas multis muneribus
decorasti. Admirabile est nomen tuum domine
in universa terra. Quid enim est homo
quia magnificas eum et honorificabis eum

et apponis erga eum cor tuum et

Dixisti enim veritas antiqua delicie mee esse
se cum filiis hominum. Numquid homo putredo
et filius hominis vermis. Nonne universa va-
nitas omnis homo vivens. Et dignum duxisti super
huiusmodi aperire oculos tuos et adducere eum
tecum in iudicium. Doce me abyssus profundissima
terram in iudicium. Creator sapia qui librasti in pondere montes
creator sapia qui librasti in pondere montes
et colles in statera. Et appendisti tribus digitis
molem terre. Suspende molem tripalitatem huius
quam eos tribus invisibilis digitis tuis ad te
ut videam et cognoscam quam admirabilis es in
universa terra. Lux antiquissima que lucebas
ante oculos tuos in montibus sancte civitatis
antique. Cum munda et apta erant omnia
antequam fierent lux que odio habes omnem
maculam utpote mundissima et immaculata que
tibi delicie cum hominibus. Que convertis lucem
ad tenebras ubi sunt in nocte delicie tue
ubi preparasti tibi in me dignum studium mage-
statis tue. Ad quam introicens habeas delicias
delectationis tue. Mundum enim cenaculum decet
te mundus enim qui nisi mundis
cordibus videri potes multo magis necesse
habes in homine ubi habites tam mundum
ut te suscipiat. Quia regi mundum. Quis
potest facere mundum de inmundo conceptum semi-
ne. Nonne tu qui solus es mundus. Ab inmundo
enim quis mundabitur. Nam cum legem quam
dedisti patribus nostris in igne comburente
montem. Et in nube tegente tenebrosam aque.
Quicumque tetigerat inmundum inmundus erat.
Quomodo ergo nos quasi pannus menstruate
de massa corrupta et inmunda venientes
maculam inmundicie nostre quam celare saltem
tibi qui omnia vides non possumus de sor-
te portamus. Certe non mundi esse non possumus
nisi tu mundaveris. Qui solus es mundus. Audias
ergo de nobis filiis hominum eos in quibus
tibi complacuit. Civitate quos ab eterno
fundis secreti iudiciorum inscrutabilium
sapie tue propter misterium licet occultum sine
eorum meritis predestinasti ante mundum
vocasti de mundo. Vivificasti in mundo et ma-
gnificasti eos propter te mundum non ante omnibus
hec facis quod admirantur et obstupescunt eos
sapientes terre. Et ego considerans domine
paveo et obstupesco de altitudine diviciarum
sapie et scientie tue. Cum ex eadem luto alia
quidem vasa facis in honorem. Alia in con-
tumeliam sempiternam. Quos igitur elegisti
de multis in sponsos tuos induis. Effundens
super eos aquam mundam. Quorum nomina tu nosti
qui solus numeras multitudinem stellarum et omnibus
eis nomina vocamus qui scripti sunt in libro vite.
Qui necesse perire possunt quibus omnia co-
operantur in bonum. Cetera ipsa peccata eorum
non tradunt nec tollunt. Et suspiciens manum
tuam custodiens omnia ossa eorum et unum
ex eis non conteretur. Pessimorum peccatorum pessima
mors inquam eorum. Quos angelis facis celum
et terram. Sicut abyssum multam iudiciorum occul-
torum inmisericordia propter aut iniustorum constituisti ad mor-
tem eternam. Quorum damnacio nominum et iniustorum
Horum apud te est. Cum inmiscens
maneas dampnasti. Et dominus es profun-
dum abyssi. Ie

Magna sunt iudicia tua domine deus
iudex iuste et fortis qui iudicas equi-
tatem et insensibilia et profunda cogita-
tionum considerans contremiscunt omnia ossa mea. Cum
non sit homo viuens super terram ut secundum mag-
nitudinem pie et caste cunctis diebus vite nostre in
timore domini et exultemus in tremore ut non
sit securum sine timore nostrum gaudium sine me-
rore Et non gloriemur a casu nisi ut distinctius
nostra gloriemur ante te omnibus celi secundum potestates
et tremiscant a facie tua cum ignoret homo
utrum amore vel odio dignus sit sed in futurum
omnia reseruantur incerta Vidimus namque multos
et audiuimus a patribus nostris qui minus sine
magno tremore non recolo Sine multo timo-
re non cogitare ascendisse primus usque ad celos
et inter sidera nidum suum collocasse Postmo-
dum autem cecidisse usque ad abyssos et animas
eorum in malis tabuisse vidimus stellas
cecidisse de celo usque ad abyssos ab ipsa fere
cauda draconis Et eos qui iacebant in ter-
pulvere a facie subleuauit manus tua celos a-
scendisse viuos morientes et mortuos vidimus
resurgentes Et eos qui inter filios dei am-
bulabant in medio lapidum igniterorum quasi lutum
ad nichilum defluxisse vidimus lucem contene-
brasse Et de tenebris lucem processisse quia
publicani et meretrices precedunt in celos in
regnum celorum Filii autem regni eiciuntur in tene-
bras exteriores Cur autem ista omnia quia
in materia illud ascenderunt in quo ascendit an-
gelus et descendit dyabolus Deus autem pre-
destinasti ipsos et vocasti et iustificasti et iudicasti
vel dignum habitaculum sunt tue maiestati Cum
quibus et in quibus sunt tibi delicie sunt et in
de in quibus delectaris et letificans inhabitem
eorum habitans cum eis in medio et in memoria
et cogitatione cordis Sicut ipsi templum tuum
sunt Anima quam creasti non de te secundum probabi-
lium non ex qualitate elementorum materia
sed ex nichilo que quidem rationalis intel-
lectualis spiritualis semper viuens semper inmota quam
signasti lumine vultus tui et consecrasti virtute
tue Capax ita facta est maiestatis
tue quod a te solo et a nullo possit impleri
Cum autem te habet plenum est desiderium eius
et iam nichil aliud quod desideret exterius restat
Dum autem aliquid exterius desiderat manifestum
est quia te non habet interius quo habito nichil
est quod ultra desideret Cum nichil sit summum et omne
bonum non habet quod desideret amplius si possidet omne
quod si non desiderat omne bonum restat quod desideret
aliquid quod non est bonum Ergo nec summum
bonum ergo nec deum sed potius creaturam desi-
derat Et continua famem habet quia licet quod
desiderat in creatura adipiscatur vacua tamen
remanet quia nichil est quod eam impleat nisi tu
ad cuius imaginem est creata Simplices autem
eos qui nichil aliud desiderant preter te et
facis eos dignos te sanctos beatos imma-
culatos et amicos dei quia omnia reputant
ut stercora ut lucrifaciant te solum Hec est
beatitudo quam homini contulisti hic honor
quo eum inter omnes creaturas et super omnes
honorificasti ut sit admirabile nomen

Nomen tuum in universa terra Fecit deus
deus meus summe omnipotentissime
Inueni locum ubi habitas quia in anima
quam creasti ad imaginem et similitudinem tu-
am que te solum querit et desiderat Et pererra-
vam sicut ovis que perijt querens
exterius te qui es interius Et laboraui
nimium querens extra me et tu habitas
in me Ego tu desiderans te Circuiui vicos
et plateas civitatis huius mundi querens te
et non inveni quia male querebam foris quod erat
intus Misi nuncios meos omnes sensus ex-
teriores ut quererent te et non inveni quia
male querebam Video enim lux mea deus
qui illuminasti me quia male te per illos quere-
bam quia tu es intus Et tu ipse vides tu in-
trauerit nescierunt Nam oculi dicunt si non
coloratus fuit per nos non intrauit Au-
res dicunt si sonitum non fecit per nos non
intrauit Nasus dicit si non olet per me
non intrauit Dicit et gustus si non sapit per
me non intrauit Tactus eciam addit si cor-
pulentum non est nichil de quo me in-
terrogas Nam ita non sunt deus meus
non cum species corporis nec decus temporis
nec candorem lucis vel colorem non dul-
cem melodiarum cantus et quorumque dul-
ce sonantia non florum et unguentorum
vel aromatum odores non mella non manna
gustui suauia et delectabilia nec cetera
que ad tangendum nec ad amplexandum
sunt habilia vel omnia omnibus hiis sub-
iecta quero ad deum meum quero absit ut
ista crediderim deum meum que ex se
talia sensibus comprehenduntur et tu dominus de-
um meum quero nichil aliud quero nisi
quandam lucem que est super omnem lucem quam
non capit oculus quandam vocem que super
omnem vocem quam non capit auris quendam
odorem super omnem odorem quem non capit
naris quendam dulcorem super omnem dulcorem
quem non capit gustus quendam amplexum
super omnem amplexum quem tactus non
tangit interioris hominis mei sensibus
ista lux fulget ubi locus non capit ista
vox sonat ubi spiritus non rapit odor
iste redolet ubi flatus non spargit Sapor
iste sapit ubi non est edacitas amplexus
iste tangit ubi non diuelletur hic est deus
meus et non estimabitur alius ad illum hic
quero cum deum meum quero istud amo hic
deum meum amo Sero te amaui pulcri-
tudo tam antiqua et tam noua sero te amaui
et tu intus eras et ego foris Et ibi
querebam te et in ista formosa que fecisti
deformis irruebam Mecum eras et tecum
non eram Ea me tenebant longe a te
que esse non poterant nisi in te Circui-
bam omnia querens te et propter omnia
derelinquens me Interrogaui terram
si esset deus meus et dixit michi quod non esset
Et dixerunt omnia que in ea sunt et hec idem
confessa sunt Interrogaui mare et abys-
sos et reptilia que in eis sunt et respon-
derunt non sumus deus tuus quere super
nos Interrogaui flabilem aerem et in-
uniuersum aer cum incolis suis falleris
non sumus deus tuus Interrogaui ce-
lum solem lunam et stellas neque nos
sumus deus tuus inquiunt Et dixi om-
nibus hiis qui circumstabant fores carnis
mee Dicite michi de deo meo quod

vos non estis. Dicite michi de illo aliquid.
Et exclamaverunt omnia voce grandi: Ipse
fecit nos. Interrogavi deinde molem
mundi: Dic michi si deus meus es
an non. Et dixit voce forti: Non sum, inquit, ego
inquit ego sed per ipsum sum ego. Quem queris
in me ipse fecit me. Super me quere qui
regit me qui fecit et te. Interrogatio
creaturarum profunda consideratio ipsarum,
responsio ipsarum attestatio ipsarum de deo
communia. Omnia clamant: ipse fecit nos. Ut enim
ait apostolus: invisibilia dei per ea que facta
sunt a creatore mundi intellecta conspiciuntur.
Et redii ad me et interrogavi me et aio
ad me: Tu quis es? et dixi michi: homo
rationalis et mortalis. Et incepi discutere
quid hoc esset et dixi: Unde hoc tale ani-
mal, domine deus? Unde michi nisi abs te? Tu fecisti me
et non ipse me. Quid tu domine, vita per quem
vivo ego, tu per quem vivunt omnia, tu solus
per quem vivimus ego et omnia. Quid tu domine
deus meus, deus verus, solus omnipotens eter-
nus et incomprehensibilis et immensus, qui
semper vivis et nichil moritur in te, immortalis
habitans eternitatem, mirabilis oculis ange-
lorum, inenarrabilis, inperscrutabilis, deus
vivus et verus, terribilis et fortis, ne-
sciens principium neque finem, principium omni-
um et finis, qui es ante primordia seculorum
et ante omnium seculorum origines. Tu es deus
et dominus omnium que creasti, et apud te
omnium instabilium apud te immutabiles per-
manent origines, et omnium rationabilium atque
temporalium sempiterne vivunt rationes. Dic mi-
chi supplici tuo, deus, dic misericors misero
tuo, dic quero per miserationes tuas, unde
hoc tale animal nisi abs te? Aut quisquam fa-
ciens se erit artifex? Num aliunde
quam a te venit esse et vivere? Nonne
tu es summum esse a quo omne esse est?
Quicquid enim est a te est, quia sine te
nichil est. Nonne tu fons vite a quo
fluit omnis vita? Quicquid enim vivit
per te vivit, quia sine te nichil vivit.
Tu ergo domine fecisti me. Quis enim fecit
me? Tu deus fecisti me, sine quo fa-
ctum est nichil. Tu factor meus, ego opus
tuum. Gratias tibi domine meus per quem
vivo ego et per quem omnia. Gratias quia fe-
cisti me. Gratias tibi plasmator meus, quia
manus tue fecerunt et plasmaverunt
me. Gratias tibi lux mea, qui illuminasti
me et inveni me. Ubi inveni me, ibi co-
gnovi te. Ubi cognovi te, ibi et inveni
te. Ibi cognovi te ubi, autem cognovi te
ibi illuminasti me. Gratias tibi lux mea
quando illuminasti me.

Quid est quod dixi: cognovi te? Non-
ne tu es deus incomprehensibilis et im-
mensus, rex regum et dominus domi-
nantium, qui solus habes immortalitatem
et lucem habitas inaccessibilem, quam nullus
hominum vidit sed nec videre potest? Nonne
tu es deus absconditus et absconditus et
inperscrutabilis maiestatis, solus tui ipsius
maximus cognitor et mirabilis contempla-
tor? Quis ergo cognovit quem numquam
vidit? Dixisti enim in veritate tua: non vi-
debit

me homo et vivet. Dixit et preco tuus per
veritatem tuam: Deum nemo vidit umquam.
Dixit enim veritas tua: Nemo enim novit fi-
lium nisi pater, neque patrem quis novit nisi
filius. Sola trinitas tua soli integre no-
ta est, et que exsuperat omnem sensum. Quid est
ergo quod dixi, homo vanitati similis factus:
cognovi te? Quis enim cognovit te nisi tu
te? Tu quippe solus omnipotens semper
laudabilis et superglorificatus et superexaltatus et su-
peraltissimus et superessentialis in altissimis et
in minimis, et quamvis nominaris, qui super
omnem essentiam intelligibilem sive intellectualem
atque sensibilem et super omne hoc quod nominatur
non solum in hoc seculo sed et in futuro, super essentia-
et super intelligibilis esse demonstraris, quoniam
superessentiali et occulta divinitate super omnes
rationes intellectum et essentiam inaccessibiliter
et inperscrutabiliter habitas in tenebris, ubi lux
inaccessibilis et lumen inperscrutabile et inco-
prehensibile et invisibile et super rationale et super
intelligibile et super inaccessibile et super immu-
tabile et super incommutabile, credibile, quod
nullus umquam hominum vel angelorum vidit sed
nec videre potest. Hoc est celum celi domine,
celum clausum super archanum et super intelli-
gibile et super rationale et super essentiale lumen
de quo dicitur: Celum celi domino. Celum celi
cui terra est omne celum quod super nos exaltatum
est, omne celum ad quod terra est acce-
ssum, cui pro celo celi est celum celi. Quod
quod nemo ascendit nisi qui de celo descendit,
quia nemo novit patrem nisi filius et cognomen
spiritus sancti. Quia tibi sola trinitas integre
nota est, sancta trinitas supernaturalis et super
inenarrabilis et super inperscrutabilis et super
inaccessibilis et super incomprehensibilis et super intelli-
gibilis et super essentialis et super essentialiter superans
omnem sensum, omnem rationem, omnem intellectum,
omnem intelligentiam, omnem essentiam supercelestium
animorum, quam neque dicere neque cogitare neque in-
telligere neque cognoscere possibile est etiam oculis
angelorum. Unde ergo cognovi te, domine deus meus,
altissimus super omnem terram, altissimus super
omne celum, quem neque cherubin perfecte cognoscunt
neque seraphin, sed alis contemplationis
suarum velant facies, sedenti super solium
excelsum et elevatum clamantes et dicentes:
Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus exercituum, plena est
omnis terra gloria eius. Expaverunt prophete et
dixit: Ve michi quia tacui, quia vir pollutus la-
biis ego sum. Sed dixi: cognovi te. Verumtamen
domine, ve tacentibus de te, quia muti loquaces sunt
sine te. Et ego non tacebo, quia fecisti et illu-
minasti me. Et inveni me et cognovi me.
Et inveni te et cognovi te, non sicut es
sed cognovi te sicut michi es, et hoc non sine
te, sed in te, quoniam tu es lux que illuminasti
me. Sicut enim es soli tibi cognitus es, sicut mi-
chi es secundum gratiam tuam, sic michi cognitus
es. Sed quid michi es? Dic michi miserator mi-
sero tuo, dic michi per miserationes tuas quid
michi es. Dic anime mee: salus tua ego sum.
Noli abscondere a me faciem tuam, moriar ut
eam videam. Sine me loqui apud misericordiam

[Right margin:] et ingnotabile ad quod non attingit ad lumen quod incomprehensibile

[Right margin:] et nemo novit filium nisi pater et coniunctim spiritu sancto

[Right margin:] Rma

tua quam misericordia tua magna est super me Eloquar
ad dominum meum tunc sum cinis et pulvis
qui in simplicitate tua qui in misericordia magistro
tuo qui per inspirationes tuas quibus me instruxisti
es et intonasti desuper voce grandi in interio
rem aurem cordis mei Et rupisti surditatem
meam et audivi vocem tuam illuminasti cecitatem
meam et vidi lucem tuam et cognovi quoniam
deus meus es propterea dixi quod cognovi te quoniam
meus deus meus es

Cognovi te verum solum deum et quem
misisti iesum christum Erat tempus quando
non cognoscebam te. ve tempori illi
quando non cognoscebam te ve cecitati illi qua
non videbam te ve surditati illi quando non au
diebam te Cecus et surdus per formosa que fecisti de
formis irruebam Eram tecum et tecum
non eram Et ea me tenebant longe a te que
non essent nisi essent in te Illuminasti lux et vidi
te ~~me~~ et amavi te Nemo quippe te amat
nisi qui te videt et nemo te videt nisi qui
te amat Sero te amavi pulchritudo tam anti
qua Sero te amavi ve tempori illi quando non
amavi te Gratias tibi lux mea quoniam
illuminasti me et cognovi te Cognovi te summum
deum vivum et verum creatorem meum Cogno
vi te creatorem celi et terre visibilium omnium et in
visibilium deum vivum verum omnipotentem immorta
lem invisibilem incorporalem interminabilem e
ternum inaccessibilem incomprehensibilem inscruta
bilem incommutabilem immensum infinitum princi
pium visibilium omnium et invisibilium creaturarum
per quem omnia facta sunt per quem cuncta subsistunt
elementa Cuius maiestas sicut principium non
habuit unquam Sic ac desinet in eternum Co
gnovi te verum unum solum deum eternum patrem
et filium et spiritum sanctum patrem non genitum
neque ingenitum sanctam et individuam trinitatem
in tribus coequalibus personis consubstantialibus et coeter
nis trinitatem in unitate et unitatem in
trinitate corde credens ad iusticiam ore confi
tens ad salutem Cognovi te verum deum
et dominum iesum christum filium dei unigenitum Crea
torem Salvatorem et redemptorem meum ac totius
humani generis quem confiteor ex patre ge
nitum ante secula deum de deo lumen de lumine
deum verum de deo vero non factum sed genitum
consubstantialem et coeternum patri et spiritui sancto
per quem omnia facta sunt a principio Firmiter
credimus et veraciter confitemur te dei unigenitum
iesum christum propter salutem hominum a tota trinitate
communiter incarnatum ex maria semper virgine
spiritu sancto cooperante ~~natum~~ conceptum verum
hominem factum ex anima rationali et humana carne subsi
stentem Qui cum sis semper in divinitate unige
nitus dei impassibilis pater sis et immor
talis propter immensam dilectionem qua dilexisti nos
~~ipse dei filius qua dilexisti nos sed~~
Factus es ipse dei filius secundum humanitatem passibilis
et mortalis Qui propter salutem humani generis
dei vivi fili dei in ligno crucis pati di
gnatus es passionem et mortem ut nos a mor
te perpetua liberares atque ad inferos ubi se
debant

in tenebris patres nostros Auctor lucis descen
disti et die tertia gloriosus victor ab infe
ris ad superos resurrexisti Resumens sacra
tum corpus quod pro peccatis nostris mortuum iacue
rat in sepulcro et vivificans [illegible]
die 3a ut ipsum patris dextera collocares
Assumpta namque tecum ex inferis captivitate
qua captivam tenebat antiquus hostis humani gener
is verus dei filius cum nostre carnis
substantia cum anima et carne humana que
assumpta super omnes celos ascendisti turbis te
deus ordinem angelorum ubi sedes ad dexte
ram dei patris ubi est fons vite et lumen
immarcescibile et pax dei que exsuperat omnem
sensum Ibi te verum deum et hominem
dominum iesum christum et adoramus confitentes
te presentem Credimus iudicem te venturum iudica
re in fine seculi expectamus ut iudices vivos
et mortuos et reddas omnibus bonis et mal
is opera sua que operati sunt in hac
vita vel premium vel supplicium prout unus
quisque dignus fuit Tunc enim in carne re
surgent cum in illa die auctoritate virtu
tis omnes homines quos creavit reddere
perire in carne sua quam hic habuerunt
ut totus homo pro meritis vel gloriam suscipi
at vel gehennam Tu es ipse vita et re
demptio nostra quem salvatorem expectamus
dominum nostrum iesum christum qui reformabit cor
pus humilitatis nostre configuratum corpori
claritatis sue

Cognovi te verum deum et unum spiritum
sanctum patris et filii ab utroque
